HIERONYMVS SAPCOTVS,

ANGLVS,

AD PRIMAS LEGES DIGESTORVM.

De verborum & rerum significatione.



VENETIIS,
Apud Gratiosum Præcacinum, M. D. LXXIX.

AMPLISSIMO ET REVER.^mo PRAESVLI D. D. IO. DE GRIMANIS, PATRIARCHAE AQVILEIENSI, Principi Illustriss.

Hier. Sapcotus, Anglus P. S.

SCio, Præsul Amplissime, Princepsque Illust. non defuturum, qui me nomine arrogantiæ condemnabit, quòd hos commẽtarios meos ad primas leges Digestorum, de Verborũ & rerum significatione, nomini tuo Reuerendiss. nuncupaui. Qui profectò, si mei consilij causam, rationemq; perspexerit, scio quod facio probabit. Nam, vt innumerabiles uirtutes tuas præstantissimas præteream, quarum singula præconia iustum uolumen à me desyderant, is est tibi ad sacra tuenda animus religiosissimus, ea ad populum erudiendum vitæ sanctimonia, illa erga omnes mirifica liberalitas, ac deniq; in rebus ad ministrandis summa sapientia, vt ad quos fama nominis tui celeberrima peruenerit, facile om-

nes in tui admirationem pertraxerit. Ad hæc, cum eius sit solius de bonis studijs rectè iudicare, qui in his apprime sit uersatus, ea in te doctrinarum uiget peritia singularis: hoc studium fouendi atque etiam promouendi eos, qui virtutis suæ specimen aliquod ediderunt, vt non solùm ad hominum studia adiuuanda natus, verùm ēt ad Musas sacratissimas in terris apud homines colendas, atque excolendas, cœlitus dimissus videaris. Quandoquidem nihil habet fortuna tua illustrius, quàm vt posśis: nec mens tua diuinius, quàm ut uelis, omni studio atq; cura bonas artes iam quasi ruituras, ab interitu uindicare, atque suo nitore pristino conseruare. Quominus mirandum, si qui operam suam liberalibus disciplinis fœliciter impenderint, tibi Męcenati nostræ ætatis præcipuò atq; unico, fructus primarios offerant: cùm vetus sit, atq; etiam ab Imperiali oraculo prolatū, Principis sapientissimi partem esse ipsum sapientem, nec alterum ab altero facile separari. Qui quidem honor amplissimus, iam pridem meritis tuis debitus, omniumq; hominum ordinum consensu delatus, etsi meo tenuissimo & recenti suffragio non indigeat,

Quisquis. ad l Iul. iest.

digeat,

digeat; tamen cum aliorum, atque etiam meo iudicio, tantū in ſacroſan. Iuris Ciu. ſapientia profecerim, quoad me mei inſtituti nunquàm pęnitebit, ne vnus inter tot tibi deditiſsimos viderer otioſus, manū adhiberet volui: atq;, vt de Philoſopho Diogene ſcriptum eſt, dolium mouere, necnon, cum tua bona uenia, eouſq; permouere, donec pro veterū inſtituto, qui omnia ſua Deorum tutelis conſecrabant, olei atq; operę faculam in arce tua Mineruæ Phidiæ accendiſſem, quę tāquàm officioſiſſimi animi erga te monumentum perpetuum eluceat: cæteriſq; omnibus clarè innoteſcat, quòd niſi temporibus illis contagioſiſſimis tua Sanctitas veluti luminare illud maius, quod diei præeſt, affulſiſſet, non ſolùm in tanta rerum obſcuritate oleum lumini, (vt Pericli dixit Anaxagoras apud Plutarchū) defeciſſet: verumetiam, & ipſum lumē vnicum patrifamilias tam præcioſum, teſte Vlpiano, penitus euanuiſſet. Accedit etiam, quòd ad hoc tētandum videbar quodammodo inuitatus, cum me, poſtquā de optimis ſtudijs grauiſsime eſſes philoſophatus, ecquid de re ciuili ſcripſiſſem interrogaſſes. Quod, quaſi officij quædam tacita

c. Solitæ. mai. et ib

Lillicitar. off. præſid

admo-

admonitiò, adeo animum ad ſtudia repetenda inflammauit, vt donec aliquid prȩſtitiſſem, quo ſtudiorum meorum ratio tuæ ſapientię notior eſſet, in conſpectum tuum ampliſsimum venire, pudor quidam ſubruſticus prohibebat. Nūc uerò, hanc puſillam occaſionem conſecutus, facere non potui, quominus Serenitati tuæ afferam . Rem fateor perexiguam, tantoq; Præſide indignam, quandoquidem ab ampliſsimo iuris ciuilis campo, ad uerborum tractatum ueni re, nihil in iure ferè poſterius. Verùm animum quàm plurimum mihi confirmauit, quòd eius ſis imitator religioſiſsimus, qui non ex magnitudine rei, ſed ex affectu donantis, aſſem mulie-
q. 4. c. brem amplexus eſt. Sed & animum adiecit, id quod de Perſarum Regibus opulentiſsimis dicitur, dogmatum Chriſtianorum imperitis, qui, etſi à ſubditis ſuis ditioribus aurum, argentum, farinam, atque vinum doni cauſa acceperint, tamen minutiſsima quęq; ab inferioribus placido animo admiſerint. At ipſe (Reuerēdiſsime Antiſtes) cum aliud quod darem non haberē, pro auro chartas, pro farina uerba profero; eaq; tam cōciſa, vt cuiuis facile appareat,

non,

nõ,me ex bibliotheca Regis Ptholomæi inſtru
ctiſs.deſúpſiſſe,ſed ex tenui cẽſu noſtro, & qua
ſi parua librorũ copia, ne dicã, magna inopia,
ad iuſtũ pręſcriptũ Iuſtinianei edicti elaboraſ- De confir. §. oẽs igit
ſe: atque ſpicas ſparſim tanquam poſt meſſores
Boos in vnum coegiſſe. Etſi ſatis multa me præ 2. Ruth.
ſtitiſſe uidebor, ſi tuæ ſapientiæ probabuntur,
ad cuius iudicium grauiſſimum hoc tẽpore mi- c. Multi. q. 1. l. cu
hi elaborandum ſumpſi. Accipe ergò, Reuerẽ- puer. § Donatio. de le
disſime Præſul, hæc noſtra quaſi futuri ædificij 2.
quædam fundamenta, ſolita tua benignitate, at
que animi alacritate, vt ſi quando otium ad hãc
rem idoneum fuero conſecutus, ad iuſtã ſuperfi
ciem præſtandam animus accedat. Et, ſi quid
fortè rude, aut parum limatum nunc à me con-
ſcriptum occurat, eò quòd verè vltimam manũ
a me feſtinante alijſq; rebus impedito, non acce
perit, id omnę futura diligentia, & emenda-
rę, atq; etiã (ſi potero) augere polliceor. Interim
vale, Colendisſime, Genus electum, atq; Regale
ſacerdotium, nobiſque fœlix quàm diutisſime
viuas. VI. Idus Nouembris 1578.
Venetijs.

Celſitudini tuæ deuotiſs,

Hier. Sapcotus.

LECTORI.

Postquàm hæc pauca tibi, lector benigne, communicare duxerim, dici profectò non potest, quantum me malè habet, quòd alienis assiduè occupatus, meis corrigendis superesse non potui. Verùm, cum ita sors mea tulerit, errata saltem maiora, vt infra patet, emendaui: nam minora, fateor, vel prætermisi, vel certè omnino neclexi: quòd, ut nostri aiunt, nec ipse Prætor, de minimis rationē habeat. Sin autē fortè hæc offendant, quæso clementer, perpende: uel, quod est facilius, a tergo in māticam reÿcito. Vale, atque eodem in nostris, atque tuis legendis iudicio vtère.


Correcta.

pag.8.li 21.ibi,alienū.legauit. ea.l.25.ibi,copula enim,qs . pa.16 li.10. donatam; Hoc verbo, pag.17.li.pe.Ennius, pag.20.li.6.tenuē . pag.22.li. pe.siuè gratis. 24.lin.22.uidetur; 25.li pe.cunctis 27.li.15. prouoluunt. 10.35.τοῦ. 28.li.14 affectat. 30 li.28 prætereo 32.lj.20, fuit 22. ἀνὴρ ἐ[illegible] καὶ πάλιν ea.li.23.καὶ πάλιν 34.li.24.quæstuiosissima.35.li.4.percussa, li.26.quæ . li.27.qui. 36.li.12.cuiusq̃. li.21.pecuniam. 24.liberatur. 37.li.9.sine 42.li.8.sequuntur 44.li.20. consummati. 45. li. 28. Sciendum 46 li.1.consummatū.li.2.τὸ 47.li.17. annos 53.li. 19. pertimescere. ea. li.22.salutē. 73. li.28.concludit. 78.li.vl. longam 79.li. 27.frustra 86 li.28.iudicialis. 89 Καλὸν ibid.ἀδικεῖσθαι. 93. li 4 purum. 94.lib.11.καλη̃ 9?.li.51.si iudiciali 1?3.li 30. Iurisconsulti 107 li.25.cum 111.li.1.secundis nuptiis 114.[illegible] ibid. γαμεῖτο ibid. ἀκμῆς 122.li.15 tuus. pag.137.appostill post literam d.literæ suo loco non sunt.

HIERONYMVS SAPCOTVS ANGLVS AD PRIMAS LEGES ff. de verb. & rer. significa.



CONTINVATIO



N tituli ad titulum facienda sit continuatio, quotidiè *a* quæritur. Accursius *b* verò, prout res patitur continuationem fieri oportere existimat: eò quòd Hermogenianus Iurisconsultus scripsit, se edicti perpetui ordinem insequutum, proximos atque coniunctos titulos, *prout res patitur*, applicare: atque cum eo transeunt Raphael *c* Cuma. Si cul. *d* Bald. *e* Aretinus *f* atque alii. Quorū èt sententia nobis placet. Si quidem Iustinianus Imperator fatetur *g* & ipse, se totum ius Ciuile ordinasse ad imitationē perpetui edicti, prout commodius fieri poterat. Quę verba, *prout commodius fieri poterat*, idem significant, quod verba *prout res patitur*. Et quanquam alii plerique *h* omnes contrarias partes tueantur: tamen eorum rationes hic refellere animus non est. Proinde continuatio quid sit, & qualiter fieri debeat, operæpretium erit videre.

a DD. Rub. ff. de legat. 1. ff. si certum pet. l. 1.
b l. 2. ff. de sta tu homi.
c Rub. de non. oper. nunciat.
d c. Testimonium, de testi bus.
e l. Gallus, in princ. de lib. et posthu.
f proœ. Instit.
g l. 1. § cūq; hæc materia, C. de veteri iure enucl.
h Iason Rubr. Insti. de actio.

Eſt autem Continuatio *a* rerum connectio, qua ex pluribus, vnum quid efficitur. Idque Philoſophus videtur innuere *b* qui continua appellat, quorum vltima vnum ſunt atque idem: vt lineæ partes continuę ſunt, quoniam uno atque eodem termino coniunguntur: nimirum puncto. Sic præteritum & futurum continua ſunt, quòd ad inſtans tempus copulentur. Continuatioq; poſſeſsionis *c* ea dicitur, quæ licet plures perſonę ordinatè ſucceſſerint, tamen unum atque idem conſtituunt dominium. Quæ quidem noſtro idiomate Anglico, *Seſsina* appellatur, à ſedendo: vel ſi libet, à ſedis poſitione, vt Labeo *d* inquit. Sumpto nimirum vocabulo a Gallis, qui etiamnum vulgò poſſeſsionem continuare, Seſsire vocant, vt Cynus, *e* Budæus atque Alciatus perhibent.

Fit ergo, vt mihi videtur, continuatio ad præcedentia hoc modo non incongrua. Superioribus libris Digeſtorum, de cauſis iuris dictum eſt generaliter: Verùm, quòd plerunque verba iuris cognoſcere, quibus id quod dictum ſcriptumve eſt, *f* percipiatur, maximè interſit (videtur enim quiſq; locutus quatenus verbis *g* expreſſerit) non immeritò poſt tractatum iuris vniuerſalem, de verbis ad ius Ciuile pertinentibus, compilatores Digeſtorum ſubiecerunt. De quibus tum demum diſſeremus, legum capita inſequentes, ſi de ſignificatione ipſius tituli, vt Vlpianus *h* ait, pauca prępoſuerimus.

a Moder. Rub. ff. de reg. iur. c. cum literis, de temporibus ordinand.

b lib. 5. Physic. c. 3. lib. 6. c. 1.

c l. in ſuis, ubi glo. de liber. & poſthum. l. 3. ff. de vſucapio.

d l. 1. de acq. poſſeſs.

e l. ea lege. C. de condict. ob cauſam.


f l. 1. §. ſi is qui. ff. de exercit. actio.

g l. Labeo. ff. de ſuppell. leg. c. ad Audientiam, de Decimis. Matth. 28 Mar. 16. Luc. 24. Act. 1.

h l. 1. ff. ſi certpetat.

DE

DE VERBORVM, ET RERVM ſignification e.



ABET autem hæc inſcriptio, duplicem cauſam, ſiuè inſpectionem. Primò, de verbis agitur, quę *a* mentis atque animi notiones ſunt, ut ait Ariſtoteles. Deinde, de rebus, *b* quæ animo noſtro conceptę verbis ſignificantur. Vnde quiſque dicitur id loqui, quod animo prius cogitauerit, ſecundum quod prudens vel imprudens *c* diiudicatur. Hinc ſcitè Socrates, vt alia multa, cùm hominem adoleſcentem diu tacētem animaduertiſſet, dic, inquit, adoleſcens aliquid, vt te uideam; id eſt *d* cognoſcam, eò quòd voce atq; ſermone homo dignoſcitur, ut Plato ait, quemadmodum figlinum ſono, ſecundun quod ſcriptum eſt, loquela tua te manifeſtum facit. Nudo ſermone atque verbotenus, quoties quid profertur, dictū *e* Vlpianus appellat, quod Poeta ſignificat, dum ait; Non me diligito verbis, cum mens alibi ſit: & interpres Sophoclis in Antigone, Non diligo hanc, verbotenus quæ diligat. Id enim ſine medulla atque ratione eſſe D. Hyero. *f* appellat: & nos alibi admonebimus: verbumq; vulgò appellamus. Quapropter eleganter Gregorius Pontifex. *g* Rogo, inquit, non verbum de uerbo, ſed ſenſum de ſenſu transferre. Quia dùm proprietas uerbi attenditur, ſenſus amittitur.

a d.l. Labeo.l. Hi qui. §. ult. ff. de tut.& curatore.

b Glo.hic, & c.is autem.22. q.2.

c l.Ob qua. §. 1.ff. de edil. edict.c 1. 17. q. 2 gl.refutauit. dist.93.c. legimus. l. Quidā. ff.de cond. institut.

d Bar. l. item apud labeo.§.si quis sic de iniurijs. Ecclesi. 4. d.

e l. sciendum. §. Dictum, de edil. edict.

f 1.q.1.c.Marchion.

g c.Propterea de uerb.sig.l.si cut. C. de lib. causa.

Non tamen diffiteor, *verbum*, in iure nostro quandoque pro integra oratione sumi. Modestinus. *a* Si alter pubes, alter impubes sit; Hoc communi *verbo*, eosque inuicem substituo, sibi fuerint substituti. Item Paulus. *b* Amplius non peti, *verbum* Labeo ita accipiebat, si iudicio petitum esset. Quapropter, si *verbum* in Senatu, uel iudicio habere lex permiserit, defendi potest, omnia uideri permissa, per quę id de quo agitur possit demonstrari, & ita Baldus *c* sentit. *Verbum contumeliosum* si lex puniat, oratio qua conuitium ingeritur, intelligenda *d* erit licet per subauditionem vocis necessariam oratio sit perficienda. Et ita Bartholus scripsit, *e* necnon de facto consultus respondit. Quibus etiam accedit, quòd vbi lex *f* cum qui in iure rogatur, præcipit *ad verbum* respondere; videtur voluisse; vt ad articulum quod pertinet, sermo aptetur: Alioquin traditum est, *g* qui extra articulum respondit, nihil agere. Tum maximè, quòd ubi de periculo alterius agitur, sermone uagari *h* permissum non est. Nec verba græca, πρὸς ἔπος, quibus Vlpianus *i* utitur, nostri, *ad verbum* interpretantur, repugnant. Cum aliàs hæc dictio *Epos*, heroicum carmen, in quo Deorum atque hominum gesta narrantur, significare ex Horatio doctiores retulerunt, dum ait,

Facta canit pede ter percusso, forte Epos acer.

Sed quid si lex concepta sit, per uerbum, *loqui*, veluti si cum hoste *loqui* prohibeat, cũ Cardinali *k* in conclaue, clericum *l* etiam cum fœmina; An in legem committat, qui per nuncium, amicum, uel

a l. Iam hoc iure. §. si alter. ff. de vulg. & pupill. sub.

b l. Amplius, ff. rem ratam.

c l. cum antiquitatis. C. de vsu fru.

d Bar. d. l. item apud Labeo. §. ait Prætor. §. conuitium.

e Consi. 108. in nouis.

f l. de ætate. §. Qui interrogatus. ff. de interrog. actio.

g Bar. d. l. si quis libertatem, de pe. hæred. Bal. l. pen. C. de trãsactio.

h l. itẽ exigit, ff. de dolo.

i d. l. De ætate. §. Quod aũt.

k c. ubi periculum §. nulli. de electio in 6.

l c. Clericus. distin. 81.

vel alium modum uoluntatem suam declarauerit? Quod hercle nemo dixerit *a* si modo uerbis propriis standū sit. Aliud enim est mandatum, *b* aliud mandans. Epistola *c* fit absenti, sed sine voce: loquela *d* cum voce, sed præsenti: Nuncius autem absentis causam uoce declarat. Nutus uerò tantum significat: sed incertum adhuc spectantem *e* dimittit. Per ceram, inquit Plautinus seruus, *f* & linum, literasq; interpretes salutem mittit: Et salutem abs te expetit. Qualitas rei tamen, si causam extensioni præbeat: maximè ubi militat fauor *g* Reipub. aliud dicendum erit, quia & per literas atque interpositam personam loquimur: Excepto, quòd si dolus aberit, quia quis fide optima, atque causa fretus legitima scripserit uel nuncium miserit, eum enim legis pęna non teneri, cum Socyno *h* respondemus: Iulii Pauli *i* sententia suffragati, qui ait, hostium numero eos esse habendos, qui *malo consilio* proditoris patriam reliquerint. & alibi: Nihil fecit in fraudē *k* mulieris: non enim aduersus illam excogitauit.

Quatenus *dicere* & *loqui* in Trinitate iuxta incorporalium naturarum formam, non secundum consuetudinem humanā *l* accipimus, Didimus libro de Spiritu sancto contra errores Græcorum docet. Quia Diuina Maiestas in cordibus inserit credentium, qui eam audire, ut ait, indigni habiti non sunt.

Rerum, Hāc particulam ab eo adiectam qui titulo commendationem affectauit, Iacobus Cuiacius, *m* Iurisconsultus acutissimus

a Bald. & dd. l. 1. de legibus. l. 1. de uerb. ob.

b Alex. l. 1. nume. 21. 22. 23. ff. de uerb. obl.

c l. 1. C. de cōt. uel cōmis. stip. ubi glo. 1.

d l. Restituta. ad S. C Treb.

e Bart. l. 1. §. 1. de uerb. ob.

f in pseudol. act. 1. Scæna 1.

g L. si quis in graui. §. verum. cum §§. seqq. ff. ad Senat. Cons. Syllania.

h l. 1. de verb. oblig.

i l. Postliminium. §. transfuge. ff. de capt. & postlimi. l. Non omne. ff. de statu lib. l. Qui iniuriæ. § 1. ff. de furt. l. verum est. eo.

k l. filius emācipatus. § maritus. ad l. Corn. de fals.

l c. ult. de consec. dist. 5.

m Paratitl.

tisſimus exiſtimat: vir (vt ait Hieronymus Magius) eruditiſsimus *a* ſupraque ueri fidem doctus: quiq; ad leges & bonas litteras illuſtrandas quodam Prouidentię dono, noſtræ ętati datus videtur. Is, inquam, Cuiacius, tàm ex libris Florentinis, quàm Baſilicis, necnon ex tenore Cõſtitutionis, quæ lata eſt de confirmatione *b* Digeſtorum, *rerum* vocabulum expungendũ affirmat, & meritò: nam præterq̃ q hęc dictio etiam in Pontificiis libris deeſt, accedit, quòd res in mente retenta ſine uerbis *c* nihil operatur, ſicuti nec verba *d* ſine rebus; adeo ut Iuriſconſultus, qui alterum ſcripſit, utrumq; ſignificaſſe uideatur. Verbis ineſſe poteſtatem, vimque admirabilem ad res ipſas inducẽdas fides ſacroſancta docuit, qua traditum eſt *e* hominum atque rerum creationem uerbo factam. Propriisq; ac originariis, quàm translatitiis energiæ & gratiæ ſpiritũ ineſſe abundantiorem, Diuus Thomas (vt ego accepi) aduerſus gentiles ſcribens, author eſt. Sed hæc hactenus, circa uerba ipſius Rubricæ.

Quòd ſi quis à nobis iam deſideret, Quid ſit *f* Rubrica: Quando ex ea argumentum *g* ſumi poſſit efficax, & an is qui librum ſcribere uel deſcribere promiſerit, de ipſa Rubrica ſentiiſſe uideatur, in quo Bartholus *h* conſuetudinem ſpectandam exiſtimat; is uelim cogitet, nos ex profeſſo id in Commentariis noſtris affectare, vt cum breuitate utilitas, & cum uarietate delectatio ipſa ſit coniuncta; potiuſq; hæc ab aliis, qui de ea re copioſiſsimè ſcripſerunt expectanda, quàm à nobis, quòd omnia hic excutere, & in unum quaſi locum congerere minime

a Hiero. Magius, lib. 2. Miſcellaneorum. c. 15.

b §. Septimus

c l. cum plures. §. locator. ff. locati.

d Infra. §. uerbum ex legib. l. 6. & argu. l. Non omnis. ſi certum petat. Roland. a Valle conſil. 81. vol. 4. nu. 20. 21.

e Geneſ. c. 1. c. Quid ſit ſanguinis, de conſer. diſ. 2. c. de trahe. c. intra. 1. q. 1. 35. q. 10. c. 1. Chriſoſt. 1. ad Cor. Epiſtol.

f Frãc. Hotom. commentar. de uerb. iuris.

g dd. Rub. ſi cert. pet. l. ſ. de actio. Rub. nu. 3 Inſtit:

h Bar. l. pen. C. de iure fiſci.

nime laboramus. Ad ipsas leges nunc ordinatim igitur accedamus.

VLPIANVS LIB. PRIMO AD EDICTVM.

L E X I.

VErbum hoc, *si quis*, tam masculos, quàm fœminas complectitur.

ID QVE ex ui sermonis, Bartholus *a* atq; nouissimè Alciatus *b* existimāt. Acursius ex interpretatione; ac ut Io. Brechæius Aduocatus in foro Turonensi apud Gallos pręstantissimus, καταχρηστικῶς. Ego uerò priorem sententiam probo: atque cum dictio, *Quis*, se habeat ad hominem, ut notum est, utriusque sexus uocabulum *c* commune, non dubito in referente, relatum propriè *d* pleneque contineri; Quapropter, nihil officit, quod ex Accursio afferunt, quem ego hic non tam de termino *si quis*, quàm generaliter retulisse uideo: nimirum, non nisi per modum extensionis fœminam masculino uocabulo significari, etsi de eo plerique *e* dubitant. Hancq; assertionem suam po tissimum Dynus, cæterique omnes insequuti hic po tissimum inuestigant: ut facilè secundum Commé tatorem additamenta intelligenda *f* pronunciarem. Quę utique interpretatio, doctorum disceptationem alioquin a legis uerbis exorbitantem sustinet,

a Bar. l. si quis C. unde ui.
b Hic.

c l. Hominis. infra.
d l. Asse. de hæredib. institu. Aretinus. lege scire debemus. ff. de uerb. ob.

e Paul. Castr. l. Quicunq;. C. de ser. fugi.

f Bar. l. Non solum. de liber. legat. Cephal. consi. 546. nu. 85. uolum. 4.

a l. in reb. ff. e consiit. Prin cij.

stinet, quorum *a* industriam reprehendere religio est:

Quod attinet ad Brechæi dictum, etsi doctissimi viri me magnopere moueat authoritas: tamen q̄ dicti sui *b* rationem nullam afferat, de eo nunc non laboro.

b l. Qui interrogatus, de pet. hæred. l. 1. §. si quis dicatur, ibi si nulla probatio, de quæstio. l. 1. §. 1. gloss. dicatur. si quadrupes paup.

c liberorum. ff. de iis qui not. infa.

d l. Illa uerba §. ult. infra.

Plane, Vlpianus *c* de muliere loquutus, ita scriptum reliquit, vt quidam legunt. *Si quis*, inquit, post huiuscemodi exitum mariti, nuptum se collocauerit, infamia notabitur. Quæ lectio Græcorum habet imitationem, qui ὁ κὴ ἡ τὶς habent. A quibus ad Latinos, Iulius Paulus *d* etiam argumentum traducit. Et Plautus passim, *Quis hæc mulier*: aliiq; Latini authores grauissimi, quos ad unum recensere necesse non est.

Non concedā hoc loco admonere, quod ab aliis prætermissum admiror, relatiuam dictionē in iure uarios usus atque effectus obtinere. Interdum 1 enim sermonis rationē extendit, 2 quādoq; restringit: nonnunquàm 3 declarat. Quorum singula excēpla hic subiicere non erit alienum. Legauit 1 ergo testator uxori suæ aurum, argentum, vestem, ornamenta; *Quæque eius causa sunt parata*. Si *e* quid præter ea quæ dicta sunt, eius causa sint parata, legato continetur. Copula enim *Quæ*, relatiuo adiuncta, naturam eius protendit. Qua 2 quidem detracta, legatum minui *f* refertur: in eo, inquam, ad quod se habet. Verbi gratia; *g* Si ita scriptum sit, aurum, argentum, gemmas, margaritas, *Quæ*, in eo auro sunt lego. Quo casu, lapilli ad quos relatio fit, soli uidentur relicti. Propterea non fieri quominus

1

2

3

1

e l. Et tam. n. ff. de lega. 3.

2

f d. l. ea tamē.

g l. si quis ita. ff. de auro leg. ... Rolan. à Val le. consi. 97. n. 23. vol. 4.

omne

omne aurum argentumque debeatur. Cui consequens est, *a* cùm se relinquere testator ait, omnibus libertis libertabusque suis, *Quæ uiuus præstabat*, non personarum numerus, sed relicti modus demonstratur. Itaque licet tribus cibaria præstare solitus sit, hæres tamen omnibus erit obnoxius: quia *b* sermo generalis neminem excludit, ut vulgò dicimus. Atque hæc eadem intelligenda sunt, si ratione temporis fiat controuersia, quia relatio ad rem causamve habita, ultra eam *c* nihil operatur. Vnde qui mancipiis legauerit, *Quæ viuus ipse præstabat*, si non mutandi ministerii causa, sed operarū necessitate ductus, statutis anni temporibus traducere in prouinciam consueuit, quo tempore alienis sumptibus alebantur, profectò *d* id præstari debet, quod dari solebat. Dari consueuisse dicimus, quod uoluntatis non incertum exitum habet, prout Papiniano *e* quoque uisum est.

3 Declarat 3 relatiua vox, siuè demonstrat (loquor enim concisius, quòd alioquin omnis relatio demonstrat) quando rem factam *f* ostendit. Si cuti, Stichum, *Qui meus est lego*. Quia *g* is demonstratur, qui tùm in potestate domini est. At si dixerit, *Qui meus erit*, propius est, ut conditionem hic sermo inferat. Quapropter proditum *h* est, si quis olei pondo decem uendiderit, *Quod ex illo fundo natum erit*: Sola quæ nascuntur legato cedere. Neque sequentis *i* anni vbertas primi sterilitatem rependet. Cum tamen secus erit, si *Quod natum est*, scripserit: quia tum diuersum obtinet, Quia ei simillimus est *k* qui Quinquaginta legaucrit.

a l. 1 filio. §. Titia de alimend. legat.
b l. Iulianus. l. Testatorem. de leg. 3.
c d. l. si quis.
d §. Testator. d. l. 1 fil.
e l. Stio. §. Medico. de ann. legat.
3
f l. Nominatim. ff. de cōd. & demonst.
g Stichus qui meus. de legat. 1. l. nuper. de leg. 3.
h l. si debitor. ff. de contrah. empt. l. cum certus, de iure legat.
i l. Boues. §. Hoc sermone. in fin.
k l. Lucius. de alimēt. legat. l. Quidam testā. ff. de legat. 3.

uetit *Ex redditu prædiorum*. vel, *Ex debitore meo Titio*. Quo casu si Titius integræ summæ debitor nō sit, quia fortè minus debeat, tamen quòd falsa *a* demonstratio nihil noceat, id quod superest ab hærede pręstabitur. Si quis stipulatus fuerit, *Qua die petiero*, soluere promittis? Adhuc idem *b* dicemus. Quia non petitio, sed petitionis effectus in diem reijcitur, secundum quod ferunt, *c* eum qui ante diem agit, malè agere.

Interdum quoque scripturæ ratione aut potius structuræ, cui referens dictio danda sit, non temerè quæsitum est. Nam si quis uxori *d* uestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, *Quod eius causa paratum est* legauerit: eò quòd generaliter ea interpretatio probatur, quæ *e* Latini sermonis uitio caret; uidetur relatio ad certa, non ad omnia se habere. Propterea Trebatius existimat non nisi ad aurum & argentum congruè referri. Proculus autem *f* contrà, *g* cuius sententiam Iauolenus probat. Relationemq; probè ad omnia fieri, figura Grammaticali excellentiss. D. Andreas Alciatus *g* contendit, nec Bartholus *h* dissentit. Sicuti etiam in hac specie uerborum, *i* qua testator, *Omnem penum præter uinum Quod Romæ est*, legauit. Solam penum quæ Romæ est deberi respondit: si quidem genus *k* secundum speciem intelligitur. Etsi Accursius, *Omne penum*, in neutro legit; tamen Bartholus, non *Omne*, sed omnem penum habet: cuius quidem lectio est receptior. Relatio igitur ad id omne quod præcedit, referenda est.

a §. Huic proximæ. de legat.

b l. si decem. ff. de uerb. ob.

c leg. 1. § ult. Quando dies ced. vsufruct: l. Quod purè. ff. Quādo dies legati ced.

d l. Hæres: § uxori. de legat. 3.

e l. Plautius. ff. de auro lega. to. c. per tuas. de rescriptis.

f d. §. vxori.

g lib. 4. de uerbor. sign.

h d. l. Plautius l. si ex pluribus ff. de solutio. & Bar. l. Seia. §. Caio. de fund. instr.

i l. Nam quod ff. de pen. leg.

k l. ult. §. ult. de uino legato. l Quæsitum. §. 2. ff. de legat. 3. glo. declaramus. c. 1. de uerbo. sign. extrauag. Ioan. 22.

Certè,

Certè in dubio relationem accipimus de vera; non de imaginaria. Finge scripsisse in testamento, *a Titius ex parte dimidia, Seius ex parte dimidia hares esto. Ex qua parte Seium instituo, Ex ea Caius hares esto.* Iulianus ait, Titium semissem habiturum, Seium & Caiũ in altero semisse uideri vocatos; ita *b* tamen ut Caius aliter hæres non erit, quàm si prius hæreditatem Seius agnouerit. Fit utiq; *c* tùm demum relatio ad id quod intellectu percipitur, quoties ad uerum facta relatione dispositio fiat elusoria: alioquin secùs. Et extat apud Ciceronem pro A. Cecinna dicentem singulare documentum: Lex, inquit, ita scripta est, *Si via sit immunita, Quà velit agere iumentum, fas esto, Si uia sit in Brutijs immunita, iumentum per M. Scauri Tusculanum, quantum ad uerborum formulam intelligi potest.* Sed profectò hæc legis mens non est: quę de qua re agitur, semper est *d* intelligenda. Est enim ualde absurdum atque in ciuile, ad ea quę sunt remota sermonem referre. Nam et si de rę præsenti atque certa sermo cõcipiatur: tamen non immoderatè pro cuiusque luxuria, sed cum moderamine ciuili *e* intelligi debet. Quod etiam habet rationem.

Extat & alia huiusce relatiuæ dictionis non inelegans acceptio. Cauebat testator hoc modo. *f Si qua filia mihi nata erit, hæres centum dato:* pluribus natis, an sæpius centum debeantur, quæsitum est. Quod hercle Vlpiano uidetur, si aliàs contraria testatoris uoluntas euidens non sit. Nam & Bartholus scripsit, & *g* verum est, relatiuũ uim suam atq; potestatem cuiq; tribuere. Quapropter, si *h* annua,

a l. Iulianus. de hæred.institu. Bart. l. si is qui. ff. de usucapi.

b l. 2. §. ult. ff. de hæred. inst. l. ult. de bo. possess. secun. tab.

c Glo pecunia l. Hæredes. §. fi. famil. ercisc.

d l. Prædijs. ff. de legat. 3. l. vil lić. §. ult. de fundo instr. legat.

e l. si cui simpliciter. de seruit. l. si ris. de seruit. rustic. præd.

f l. Qui filiabus. de lega. 1.

g Consi. 57. n. 6.

h l. si necessarias. §. [illegible] nua. de pignorat. act.

bima, trima die soluere stipulatus pignus acceperim: vt nisi *Quaq; die*, pecunia sit soluta, uendere liceret. Placet antequam omnium pensionum dies venerit, non posse me pignus uendere, ut Pomponius ait. Quia eis verbis, omnes pensiones demonstrantur. Nec uerum est *a Sua quaq; die*, non solutam pecuniam, antequã omnes dies uenerint. Sed omnibus pensionibus præteritis, etiam si una portio soluta non sit, pignus potest uęnire. sed si ita scriptum sit, *Si qua pecunia sua die soluta non sit*, statim ei competit pacti conuentio. Quia relatio, ut supradiximus, uim naturamque suam in singulis obtinet: Atq; hæc hactenus. Cætera plurima ab aliis *b* congesta, quæ ad causam relatiuæ dictionis pertinent, breuitatis causa prætereo: quòd his adiicere non tam est ingenii, quàm laboris, cum passim se cuique offerant.

a.l. Hoc articulo. ff. de hæredibus instituẽd.


b Bar. Paulus Castrẽs. l. si ita fuerit. de reb. dub. Iason & alij. l. Cunctis. C. de sum. Trinit. & l. Omnes populi: Corta. verb. Quis. lib. Memoral.

Paulus

PAVLVS LIBRO PRIMO AD EDICTVM.

L. 2. x. 11.

VRbis appellatio, muris: Romæ autem continentibus ædificijs finitur, quod latius patet.



QVIBVS auspiciis urbem *a* veteres cõdiderunt, omnes hodie norunt. Siquidem more rituq; Gabino cincti; id est, toga circa humeros reiecta, iunctis bobus tauro & vacca introrsum, æreo uomere stiuam incuruam tenentes, ambitum Vrbis constituebant. Atque ubi portę designabantur, minime sulcabant, sed aratro suspenso, spatia interiecta portarum formæ concedebant, unde à portando portæ nomen consequutum est. Hanc aratri curuaturã Varus *b* Vrbum appellat. Vnde vruare vel orbare, id est, circinnare. Atque aratrũ, quod fuit Vrbis initium, hoc ipsum veteribus, Vrbis etiam extitit exitium. Nam hostili manu aratro in Vrbem inducto, tanquam capitis diminutione Ciuitas statim esse desiit: sicut *c* de Carthagine factum authores scriptitant. Seneca; *d* Deinde cædibus in exitia gentium serpere, & iniicere tectis ignem: aratrum uetustis Vrbibus inducere. Horatius: Carminum libro 1. Imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens. Et Propheta *e* Mi-

a Varro li. 4. de lingua latina. Macrob. li. 5 c. 15. Saturnal.

b l. Pupillus. § l. infra.

c l. si usufructu. ff. Quib. mod. usufr. finit.

d de clemẽtia. lib. 1.

e c. 3. & c. iudices. 1. q. 1.

Michæas, Vrbis euerſionem denuncians, ait; Propter hoc cauſa ueſtri Syon quaſi ager arabitur, & Hyeruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſo ſyluarum. Id eſt, nullius rei: ſicut de ſylua Tranquillus refert *a* narrans Conſulibus minimis deſignatas ſyluas & colles, quibus materia nauibus idonea culta eſſet. Virgilius; Si canimus ſyluas ſyluæ ſint Conſule dignæ.

a in Iulio Cæſare. & gl.l.li quoi.C. de ſumma Trinit.

Petrus Crinitus, *b* vir alioquin multę lectionis, iuxta ac grauiſsimus, hanc Iuriſconſulti diſtinctionem qua Romam ab Vrbe ſeparat, tanquam inelegãtem damnat. Quæ tamen, ut apud Alphenum *c* uidemus, loquendi conſuetudine probatur, quia quotidie dicimus: Romam nos ire, etiam ſi extra urbem habitaremus. Hoc hercle negari non poteſt, apud gentes exteras inualuiſſe, quædam numina intra vrbem coli: quædam non niſi extra mœnia. Aegyptiis *d* Saturni & Seraphis templa, extra vrbis ambitum fuerunt. Romanis autem Vulcani & Aeſculapii, *e* eò quod eſſent hæc numina Vrbis ſaluti ominoſa: uel ꝙ (vt frequentius dicitur) foris potius quàm in Vrbe ſanitas tueretur, in pomærio Ciuitatis erigebantur. Cuius etiam hodie in Inſula Tyberina extra Vrbem, vt aiunt, antiquitatis extant quædam ueſtigia. Atque hoc ideo, ne morbo, aut incendii periculo, Ciuitas eſſet obnoxia; ægrotantium frequentia, flãmæve *f* nocentis impetu nimirum quandoque renaſcente. Itaque lege 12. tab. cautum fuit his uerbis, *In vrbe ne ſepelito, neuè urito.* Quod Hadrianus Imperator *g* pœnali quoque reſcripto pceperat, moxq; Antoninus *h* Pius: nouiſſimeq;

b lib.4.c.9.de honeſta diſciplina.

c l.ut Alphenus. infra.

d Cicero lib.2. de legibus.

e Plutarchus, Romanis quæſtio.

f l.ult.ne quis in loco ſacro.l. uideamus. §. ſed hoc.ff.locati.l.3.ff.de offic. Præfec.uigil.l.ſi cui. C. de priuatis ædific.

g l.3. de ſepulchro uiol.

h Iulius Capitol.

simeque Diocletianus *a* & Maximianus constitutione lata innouarunt, ne huiusccmodi municipiorum iura polluantur. Atque ne viuis officiatur, in agro sterili cadauera mortuorum sepeliri Diuinus Plato iam diu præceperat. De Martis Fano cri gendo *b* extra vrbem idem à veteribus statutũ legimus; ne inter ciues fieret contentio. Necnon de Veneris Erycinæ templo traditum scriptores perhibẽt,ne *c* obtuitu impudico ingenui mores læderentur. Accedit quoque, ꝙ in sortitionibus Magistratuum, eorum qui tùm in Vrbe agebant, ratio sola habita est.

Quod autem potissimum ad rem præsentem pertinet, argumento istius responso admonemur: Testator, si *Quæ in vrbe sunt* alicui se legare dixerit; ea *d* duntaxat q̃ intra mœnia sunt legato cedere. At si quis sententia Iudicis, *Vrbe*, iussus sit excedere, non solùm à mœnibus, uerumetiam à patria arceri debet; Ne is *e* cui minoribus sit interdictum, maioribus fruatur. Idem, si alioqui quod gestum est, reddatur inutile atque derisorium. Quapropter, *f* si Pontifex Ciuitatem, aut Castrum excommunicationis pęna percusserit, placuit interpretatione latiori, sententiæ uerba adiuuare. In beneficiis atque liberalitatis causa, quæ ut aiunt, *g* mensuram nullam recipit, præter ipsam immensitatem, nomen quoque Vrbis plenius *h* accipitur. Proptérea, cuius fidei, *Vrbem*, Princeps se scripserit commisisse; usque ad centesimum lapidem, Vrbem intelligimus. Non tamen ex vi vocis, sed iurisdictionis intuitu: vtpote cuicunque locus vniuersus desi-

a l. mortuorũ. C. de religios.

b Gellius noctium Attic. lib. 15 c. 27.

c Vitru. lib. 1. c. ult. l. cum supra. C. de re mi lit. l. dies, C. de ferijs. glo. 1. & glo. obscænis.

d l. nam quòd. si is. ff. de pẽ. legat.

e l. relegatorũ. §. constitutũ. ff. de interdic. & releg. l. ult. de seru. expor.

f c. si ciuitas. de sent. excom. 6. c. 1. de sposit las. gl. terram.

g Gl. 2. c. ego. distin. 63.

h l. 1. de offic. præfec. vrb. c. pe. de offi. vicar.

a Bal. in l. Aeq. C. qui accus. ſe. Bar. l. 1. de iuriſd. om. iud.

b Arg. l. ī modicis. de cōſt. emptio. &. ex liteтis. de ſurrep. Innoc. ibidem: c. pen. de offic. vicarii.

c Bar. hic cum notatis.

deſignatur, *a* loci ipſius iura omnia in conſequentiam uidentur conceſſa, *b* Nec unquàm eorum ſententiam ſequutus ſum *c* qui Vrbis nomē in ſe iuriſdictionem continere defendunt, Conſtitutionis Conſtantini *d* authoritate freti. Quæ ſi rectè ponderetur, non magnopere ad hanc rem pertinet, prout ex ſubiectis uerbis eius plenius apparebit. Si quando, inquit, adnotationes noſtræ contineāt poſſesſionem ſiue domum, quam donauerimus, *Integro ſtatu donatam* Hoc: verbo, ea uis continebitur, quam antea ſcribebamus; cum adiacentibus & mancipiis, & pecoribus, & fructibus, & omni iure ſuo, ut ea quæ ad inſtructum poſſeſsionis vel domus pertineant, tradenda ſint. Ex cuius Conſtitutionis uerbis, *Integro ſtatu*, omne ius ſignificari conſtat, quod conceſsionis largitionem afficit. Sed hoc ideo, quia verbis conceptis expreſſum eſt: quibus planè deficientibus, aliud eſſe res ipſa teſtatur.

d l. ſi quando. C. de bonis uacant.

Quòd ſi *Vrbem Romanam*, ſcripſerit: vel ex diuerſo, *Romanam Vrbem*: Alciatus hic Accurſii, *d* atq; aliorum ſententia exploſa, qui uerborum ſeriem atque ordinem *e* curioſius inſectantur, exiſtimat, adiectiuum, ſubſtantiuum cui applicatur, demonſtrare. Cui ſuffragatur Pontificis decretum, quo is qui *Placentinæ Eccleſiæ* fidem ſuam ſacramenti religione obſtrinxerat, uidetur tantundem dixiſſe, ac ſi *Eccleſiæ Placentinæ*, obſequia præſtare iuraſſet. Quod ut Innocentius *f*, ait, Cathedralem Eccleſiam intelligimus, in qua is ſedit, cui iuratur.

e l. ſi communis ſeruus ita. de ſtipul. ſeruor.

f c. cum clerici. de uerb. ſig.

Quid ſi mecum egeris, pactoque conuento inter

nos

nos actum sit, vt non nisi in *foro Perusino, vel Placentino*, te mihi liceat conuenire? Baldus *a* putat, eum qui corã Antistite Ciuitatis religiosissimo experitur, contra pactum nõ venire. Quia notioni *b* eius plurima hodiè quæ in Ciuitate aguntur, sunt subiecta. Ciuitatis verbo Portum contineri Bartholus, *c* Felynusque *d* verbis probant latioribus, quàm quòd hic referri debeant.

Roma, Qui autem in continentibus tutor datus est, Romæ *e* datus intelligitur, & qui ex vico natus est, Romanus *f* appellatur. Imò extra continentia, si quis in sacro comitatu degerit, adhuc *g* propter supremam Principis Maiestatem Romæ esse intelligitur. Vnde obtinet, eum qui Romæ deportatur etiam eo loci, ubi Cæsar degit, esse remouendum. Non sic tamen *Romanum magistratum* appellamus: qui licet Prouinciis pręsit, Magistratus tamen Romanus *h* non est. Id enim nominis, iis solis competit, qui magistratu *i* in Vrbe funguntur. Alioquin Potestates eos Iurisconsultus *k* vocat, qui in prouincia potestate *l* aliqua præditi sunt. Atque secundum *m* Goueanum, dissentiente licet Accursio, iuris extraordinarii causam vimque obtinet. Adeo vt Magistratus Romanus non sit, quod quoq; Pomponius *n* sentit, quamquam in urbe id iuris quis exerceat.

Murotenus, Quia mœnia, vrbis *o* esse censentur. Quæ, vt Iulius Solinus *p* Polyhistor author est, quadrata erant. Vnde Ennius.

Et quis tum curat Roma regnare quadrata?

C Quan-

Authentica *a* Habita. C. ne filius pro patr. Bar. l. ex ea. de postul. uide eiusdem. l. item illa. §. 1. ff. de constit. pec.
b c. cleros. dist. 22. §. ordo. Iaso. l. 1. de offi. eius cui mand.
c l. Cæsar. ff. de publicanis.
d l. c. Rodulp. ... de rescri.
e l. pe. de excusatione tut.
f l. qui ex vico. ad municip.
g Bal. l. 1. ff. de rerum diuisio. idem l. 1. de institia & iure. l. 2. § miles. de iis qui not. infa. l. milites. §. missionum. de re mil. Didacus Cou. ... practi. q. nu. 10.
h Dec. l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.
i l. uoluit. ff. de interrog. ac.
k l. fideiussor. ff. de pig.
l l. eum qui. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest.
m d. l. eum. & in proœ. lib. 2. de iuris. om. iu.
n l. 2. §. capta. ff. de orig. iu.
o l. patronus. de leg. 3. l. pe. ff. de flumi.
p c. 2.


Quandoquidem quadratum corpus perfectum: & ſtructuram quadratam, vndique abſolutam ſine ſectione peritiores intelligunt. Lycurgus, nomen Ciuitatis mereri non exiſtimat, quæ mœnibus ſit immunita. Ageſilaus optimè uallatam putauit, quę viros aleret fortes atque belliçoſos. Plautus in Perſa ſub perſona virginis *a* Ciuitatē benè moratam, munitiſsimā his verbis graphicè depingit. *Quid id quod vidiſti, vt munitū muro tibi viſū ē oppidū?* *Sa.* *Si incolæ benè ſunt morati, pulchrē munitum arbitror.* *Per.* *Perfidia & peculatus ex vrbe, & auaritia* b *ſi exulant, Quarta, Inuidia: Quinta, Ambitio. Sexta, Obtrectatio: Septimū, periuriū* c *Io. Euge. Perſ. Octaua, Indiligētia. Nona, iniuria: Decuma, quod peſsimum agreſſu ſcælus. Hæc niſi unde aberūt, centuplex murus ſeruādis parū eſt.*

a in de præneri 2 f.d.

b l. ſi quemquam. C. de epiſcop. & cler. ubi de Bald. l. C. de metropol. Bery.

c c. ad apoſtolica. §. et ut ad præſens. de ſent. excom. 6. ubi gl. l. ſi duo. §. ult. de iure iur. Gell. lib. 7. c. 18. noct. Atticarum. Rolā. a Valle conſil. 98. volu. 4.

Cuiuſque diei maior pars horarum eſt ſeptem primarum diei, non ſupremarum.



ONSTAT, pro gentium varietate, variam diei habitam rationem. Romani, *d* diem a media nocte in ſequentis noctis partem mediam protendebant, quòd ſolis ortus operis eſſet initium, omne id tempus quod præcedit, neceſſario operis apparatui daretur. Athenienſes *e* ab occaſu in occaſum ſolis, vt Varro ait. Babilonii, a ſolis ortu in ſequentem exortum. Vmbri à meridie in meridiem. Eccleſia *f* autem Romana

d l. more. ff. de ferijs.

e Gellius lib. 3. c. 2. Macro. Saturn. lib. 1. c. 3.

f c. 1. 2. de ferijs. §. ult. de cōſenſu c. §. ult. ſimus vb. glo. in 6.

ferias ab occasu in occasum deducit. Lege 12. Tabul. ortus atque occasus solis *a* ratio duntaxat habebatur. Siquidem non nisi post bellum Punicum Accenso Consule pronunciante meridies adiiciebatur.

Partes diei *b* principales duas hic esse constitutas admonemur, secundum quod Pythagoras *c* scripsit, in consideratione habendum, uel id temporis, quo quid acturi sumus: uel quod iam lapsum est, atque transactum: atq; utilitatis causa septem horas diei primas, quàm nouissimas potiores esse receptum est, eò quòd ad quoduis munus obeundum ingenia nostra hora matutina sunt uegetiora. Vnde Iob. Vbi tu eras, cùm me laudarent astra matutina? & Dauid Cant. 7. Manè surgamus ad uineas, & in Psalmo, In matutinis meditabor in te. M. Tullius Cicero ad Marium. Neq; , inquit, dubito, quin tu, ex illo cubiculo tuo, ex quo Stabianum perforasti, & patefecisti Seianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris: cùm illi interea, qui te isthic reliquerunt, spectarent mimos semisomni. Reliquas uerò partes diei, tu consumebas his delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitriũ compararas. Inde aiunt, *d* iuniores habitos perspicatiores atque dociliores, quàm prouectiores, quòd primis diei partibus *e* comparantur. Præterquàm, quòd leg. 12. tab. *f* causæ cognitionem ante meridie iudici demandabant, in qua potissimũ *g* uersatur officium eius: siquidem solertiam requirit ponderata *h* sententia: post meridiem, litem præsenti iubetur addicere. Aristotelesque pome-

a Plin. lib. 7.

b c. Pl. dist. 92.

c Glo. cle. 1. de celebr. missa.

c Epistola famil. 7.

d Bar l. Gallus §. I. num. 10 de liber. & posthu.

e l. Præcipitur ff. de ædil. edic.

f Gell. lib. 17. c. 2.

g l. Nec c.nu. C. de appell. & c. Iudicanțe. 30 q. 5. c. Bene, 2. q. 1.

h l. 2. de sentent. ex breui, 35. q. 9 c. Apostolica. Eccle. ad. 6. & m.

ridiana deambulatione ἐξωτέρικα, & simpliciora edocebat: Ἀκροαματικὰ verò *a* quę secretionem exigunt disciplinam, non nisi matutinis temporibus disceptauit. Et generaliter *b* decreta Pontificia saturis negant, quæ ieiunis sunt concessa: quod abstinentia sensum tenue gignit: ac, ut sapiens ait, uitam adiicit quam crapula adimit.

Quod ferunt, *c* Dominū nostrum operariis mercedem parem erogasse, *d* qui imparem diei partem laboribus impēdissent: nihil impedit. Tùm, quòd cum prophanis sacræ res nihil habeant commercii, secundum legem Domini pretiosum à uili separari debet. tùm etiam, *e* quòd hoc quod in alium ex cuiusquam liberalitate peruenerit, ad exemplum non traducitur. Alioqui, operas qui promittit non dimidiatas; sed integras *f* præstare debet, quod officium diurnum Paulus definiuit. *g* Et L. Columella *h* Cætera, inquit, legumina, occupant operas sexaginta, id est, menses duos.

Diei nomen, quandoque pro tempore accipitur generaliter. In ea, inquit *i* die, qua interfecero omne primogenitum Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel. Sic Iurisconsulti, *Annua, k bima, trima die*: pro anno, biennio, triennio. Quòd in fœminino sexu sit prolatum, ubiq; ita accipi generaliter, doctissimi retulerunt. Licet id nostros ante se latuisse Laurentius Valla *l* fatetur, perinde, ac a se inuentum, uel potius obseruatum gloriatur. An uerum id sit nescio; quandoquidem necessarium non est, *m* a nemine hactenus dictum scriptumve, quòd is à nemine dictum scriptumve

a Parab. c. 3 4 21.
b c. sacramenta. de cōsecrat. dist. 1. ubi gl. c. ut ieiuni. de cons. distin. 5 Eccl. s. 16. 37.
c Glo. §. 1. In sti. de i. stit. & Iustitia. ubi gl. ff. de iu. Titu. & iure. Hierem. 15.
d Matth. 20. & 10.
e §. Quod Principi. Inst. de iure nat. gē.
f l. 2. ff. de ann. legat.
g l. 1. l. cū patronus. de op. libert.
h li. 2. c. 13. de re rustica.
i c. Nec his. 15. q. 1.
k l. si necessarias. §. si annui. de pig. act. Bald. & Castrensis. l. pariles. § annua. ad l. Falcid.
l li. 4. elegā. c. 48. Ezech. c. 4. 6.
m §. Conlusio ner. de ner. ob. in arg.

ptumve

ptumve acceperit. Tritum enim est apud iuris interpretes, non probare hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, ut apud Accursium *a* legitur.

a l. Non hor. C. vnde legit.

Supremarum, Supremas intellige, quæ diei partem secũdam occupant: atque post *b* eas nullas habent. Magistratibus lege Plectoria, ut est apud Censorinum, fas non est, post solis occasum inter ciues ius dicere, quòd tunc temporis in foro magistratum uidere *c* probrosum esset. *Supremam mulctam* veteres eam appellabant, qua nulla maior esset. Ea erat boum 30. ouium uero duorum. Nam nisi ouem in masculino sexu Magistratus, qui mulctam dicebat, protulisset, vt Varro apud Gellium *d* testatur, nõ iure dicta uidebatur. Et Callistratus libro sexto de cognitionibus. *e* Oues, inquit, pro numero ab actorum, aut furem, aut abigeum faciunt: ouis uerbo in masculino prolato.

b arg. l. 1. ff. de bon. possess. secund. tab.


c l. 2. §. capta. ff. de orig. iur. Ioan. 3. 21.

d li. 11. c. 1. Noct. Attic.

e l. Oues. ff. de abigeis.

VLPIANVS LIB. SECVNDO AD EDICTVM.

IN itinere faciendo viginti millia passuum in dies singulos per agenda: sic sunt accipienda, vt si post hanc dinumerationem minus quàm viginti millia supersint, integrum diem occupent: veluti 21. millia passuum sunt, biduum eis attribuetur. Quæ dinumeratio ita demum colligenda erit, si de die non conueniat.



IN itinere, Hanc itineris præfinitionem proficiscentibus legitimam & idoneam prudentes *a* statuerunt: atq; eum qui diurnis millibus viginti minus perfecisset, tanquàm affectatæ pigritiæ reum faciunt. Excepto, quòd si fluminis inundatio immoderata excreuerit: uel cœli iniuria, casusve repentinus obtigerit, cui consiliis humanis prouideri *b* non poterit, Iudex, *c* aut is, cuius de ea re notio erit, remissionem siue gratiam dare tenetur, ex clausula generali, *Si qua mihi iusta causa videbitur*. Modò

a l.1.2.si quis cautionib.2.q.6.c. propter.

b l.2.§ Grani. ff. de admi. rer. ad Ciuitat. pert.

d l.1.ex quib. caus. maiores.

dò in hanc *a* se necessitatem reus non coniecerit. quia fortè cùm maturè profectus, iter potuerat expedire, cunctando viæ se tardius commiserit: eo enim casu (ut scriptum est) negligentiæ suæ expensum ferre debet; quòd uigilantibus, *b* atque diligentibus, non stultis atque supinis leges succurrunt. Nec herclè distinguitur; humilis an honestioris sit loci qui adesse debet; senex an iuuenis; quòd, vt apparet, simpliciter *c* lex loquitur. Quamuis, quod ad expensas attinet, lautius incedit, *d* uesciturque *e* nobilis, quàm humilis persona. Vnde rusticus e iure testis euocatus, equi sumptus quos *f* quidem ei litigans præstare debet, frustra putabit. Pedibus namque id genus hominũ solet *g* proficisci. At contrà: diues fortunisq; potens, si hoc dignitatis ordo locivè consuetudo desideret, *h* non nisi equo insidens Ciuitatẽ oberrat. Exque dignitate Vrbis Romæ Imperator Alexander Seuerus existimauit, ut Senatores carrhucis decorarentur argenteis. Licet M. Antonius, Philosophus nuncupatus, ut Capitolinus refert, equos aut vehicula duci per Ciuitatẽ prohibebat; Pontificumque decreta *i* seu Constitutiones, Episcopis atque Prælatis, dum suas prouincias uisitant, equos & comitatum necessarium concedunt; quorum procurationes optimo iure petunt. Non quidem, quo mollius, aut delicatius incedant; pompa *k* enim omnis gloriaq; caduca in iis prohibetur: sed quo maturius, atque expeditius munus suum perficiant. Damnantur eisdem Cõstitutionibus prælati, *l* qui pauperum sacerdotum tuguria

petentes

a l. si fideiussor. ff. Qui satisda. cog. § si necessaria.
b l. Regula. §. si quis. de iur. & fact. ignor.
c l. si vero. §. de uiro. ff. solu to matri.
d Matth. 11. c. omnis. 21. q. 4. in fi.
e cap. Non cogantur. distin. 41. Glo. l. seruis. de leg. 3. l. Iudices. C. de Episcop. aud.
f l. Quoniam. C. de testib. c. statutũ. § pen. de rescript. 6.
g l. idemq;. §. idẽ. ff. Mandati glo. oportere.
h Gl. l. Honor. ff. de uacat. mu. Gell. li. 3. c. 18 noct. Atticar.
i c. Cum Apostolus. de cẽsib.
k c. omnis. 21. q. 4. in fin. c. His igitur. 23 distin. c. Ecclesiæ Principes. ubi Cardi. 35. dist.
l c. cauendum c. inter cæterã c. vlt. 11. q. 3. Matt. 23. Mich. 3. Roma. 15. Ezech. 23. 35.

petentes, breui hora longi temporis uictum *a* cō sumunt.

a c.vlt.di.36. d.c.cū apostolus. de consil.

De senectute, aut valetudine impeditis, tabulis Decemuiralibus ita scriptum est. *b* Si *morbus aivitasvè vitium erit; si volent, arceram sternito.* In ea ægri, aut aliàs infirmi, stragulis uestibusq; munita, in ius deferebantur, ne *c* ualetudinem seniumvè causarentur. Sic *d* æuitatem interpretantur. Ac cęq; formam habuisse, unde arcera dicta est, Pędianus atque post eum Aulus Gellius cęterique tradiderunt. Albericus à Rosate, quantum ex uerbis consequor Io. Brechæi, putat hoc responsum in cōtractibus locum non habere. Accursii planè (ut uidetur) in eo assecla. Qui ductus Venulei *e* Iurisconsulti verbis, huiusce rei primus author extitit. Ait autem Venuleius, si Ephesi dari stipulatus sit, iudex, i. bonus vir, pro ætate & ratione sexus & valetudinis, quanto tempore diligens paterfamilias conficere possit quòd se facturum promiserit æstimabit. D. Alciatus *f* generaliter ubi milliaria certa constituta non sunt, locum fore Venulei verbis videtur innuere: maximè si nauigationibus iter sit conficiendum, q *g* non omne tempus commodum sit nauiganti. Qui profectò ingenii propè diuini, in primis ui sus est Venulei sententiæ quàm proximè accedere, dum, ut ille *h* ait, plus dixit quàm scripsit: Nam, quod de Epheso legislator loquutus sit, non de Capua; quid quæso præter nauigationis incommodum habet præcipuum? Quæ quidē ciuitas, Ionico mari Dianæ templo nobilissima, ab Italia est disiuncta. Cuius dignitatis, vt obiter di-

b Gell.li. 20. c.1. Alexā.ab Alex lib.Geni al. dierum. 2. c.30.

c l. sciendum. ad Treb.l.Qui dam.de re iud.

d Petr.Crinitus de honesta disciplina. lib. 8.c.13.

e l. Continuus §. Cum ita. de verbor. oblig.

f Hic.

g Auth.de ijs qui ingred.ad app.l.§.1. ver si sed plurimi. Budæus.l. uique. ff. de rei uind.

h l.Cum aurum. ff.de Cond. & demōst.l.Quoties.ff. de hæred.inst.§. 1.

dicā, preter alios. Plautus *a* his verbis meminit. Minime spectator, screator sum. Item minimus mucidus. Post Ephesi sum natus, non in Apulia, aut Vmbria. Et ex Vlpiano, ipse animaduerti, Proconsuli ipsam ciuitatem non nisi per mare ingredi licere. Quædam, inquit, *b* Prouincia etiam hoc habent, ut per mare in eam Prouinciam Proconsul veniat: vt Asia scilicet. Vsque adeo, vt Imperator noster Antoninus Augustus ad desideria Asianorū rescripsit, Proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare, καὶ τὸν μητροπόλεων Ἔφεσον, id est, & ipsam Metropolim Ephesum. Qui mos etiamnum hodie in clarissima Prefectura Patauina religiosissimè seruatur. Vbi Prætor Amplissimus naue Vrbē inuectus, gloriosa militū manu curruūq; strepitu exceptus, terram conscendit; ineuntis imperii auspicia à Prædecessore suo accepturus. Quæ autem de Epheso, eadem *c* de Carthagine aliisque locis maritimis intelligenda sunt: ut semper tempus detur, quo commode quis eò peruenire poterit. Quorum tamen dimensio, non tam ex passuum numero, quàm dierum atque mensium ratione, secundum posteriorum Diualium constitutiones, *d* iustam accipit definitionem.

Quòd si quis dubitet, brumalibus temporibus, sicut æstiuis diebus, an sententia huiusce legis procedat. Respondi, quòd lex, ut supra dixi, generaliter concepta sit, idem *e* obtinere. Etsi post uernale æquinoctium, quod tempus *f* æstati tribuitur, dies & sunt productiores, & iter *g* inundationibus minus est obnoxium. Ita tamen, ut si causa subsit,

a Plau. in Milite.

b l. Obseruare. ff. de off. Procons.

c § loca. Inst. de verb. obli. l. Seruus si hæred. ff. de statu liber. l. 2. §. Qui ita. de eo quod cert. loc.

d Auth. Quas in prouinc. C. vbi de cri. agi. l. 1. C. de dilatio. ubi Bar. 3. q. 3. c. induciæ.

e l. 1 § generaliter. de aleator.

f l. 1. §. æstatem. de aqua quotidiana.

g l. vlt. ff. de riuis. vbi gl.

Prætor *a* ex æquitate subueniat. Suetonius Tranquillus scriptum reliquit, Iulium Cæsarem meritoria rheda, milliaria centena singulis diebus percurrisse. Solebant enim antiqui plurimum curru proficisci, ut ex Cicerone præ aliis *b* passim uidere est: nec non *c* ex Iurisconsultis. Baptista quoq; Egnatius probatæ fidei author refert, τὸν γραμματοφόρον, seu Angariam, ut Arcadius *d* vocat, Roma Venetias horis 32. aduolasse. Quot millaria inter se distant, omnes norunt. At passus militaris, vt Vegetius ait, horis æstiuis quinque, milliaria tantum perficit viginti. Qui si fuerit concitatior, quem pleniorem uocat, totidē horis milliaria. 25. expedit. Quicquid, inquit, addideris, cursus est, cuius spatium non definitur. Sane Iudęis ultra millesimum lapidem, sabbato proficisci religiosum est: ut ex actis Apostolorum *e* deprehendimus. Sacerdotum gradus atque incessus graues esse oportere Pontifex statuit. *f* quòd grauitate itineris mentis maturitas ostendi debet: incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis. Cauendum autem est, ut inquit Cicero lib. 1. de officiis, ne aut tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, ut similes pompa rum ferculis esse uideamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates.

Passuum, Facta dinumeratione *g* ab ipsis continentibus ędificiis. Vias olim omnes Italicas aurea columna incisas fecerunt, quæ *h* erecta ad ędem Saturni in foro Romano eunctis conspicua, Milliarium appellabatur. Galba Imperator, Plutarcho authore, primus milliaria

a d. l. 1. Ex quibus caus. maior. l. Si cui.

b Pro Milone & secun. Philipp. & in Epistol. ad Trebatium. lib. 7. & pro Roscio.

c l. Vxori. ij. de auro legato. l. Item quæritur. ff. locati.

d l. vlt. de muneribus & ab his. de uacat. mu.

e Actuū. c. 1.

f 41. Distin. c. vlt. B. Basil. sermo. de ieiunio. Esa. c. 3. & c.

g l. Mille. infra.

h Plin. lib. 3. c. 5. Sueto. in Otho. Tacitus. lib. 15.

liaria notis distinxit; positis nimirum ad uiam lapidibus iusto interuallo, quibus è curru uiator commodius discenderet, uel conscenderet.

Habent quoque Heluetii locis oportunis, atque triuiis dactylogum: aut, ut dicam, Mercuriũ quendam collocatum, quo deuius, atque errabundus facile in uiam reuocatur. Quod, quàm sit pium, atque humanum, ut alios taceam, Atheniensium fidem appello, qui eos perpetuis execrationibus detestabantur, qui erranti uiam comiter demonstrare neglexerunt. At hodiè non modo non docent, verum sunt, qui omnis humanitatis expertes proficiscentem è recta in deuiam traducunt. Signa atq; monumenta omnia amouent. Nauigantes falso lumine ostenso in perniciem nocturnam prouolũt. Quorum immanitatem Prçses prouinciæ pro sua constantia, ut ait legislator, *a* coercebit. Alexandria Aegypti turrim aiunt *b* çdificatam, qua fax eminus ardens nocte lucebat, qua in mari nauigãtes admoniti pericula euitabant, quòd ut ait Poeta, Amat nox atra nauclero parare metum. Pharum insulam qua ista erat appellabant: non Phanum ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Quanquam suggerit, quòd lucernam Aegyptii primi inuenerunt, ut apud Eusebiũ, *c* legimus. Cui Vlpianus quodammodo uidetur suffragari, dum ait, *d* in Aegypto arundines & papyrum comburi. Papyrus lychnum significat, quæ oleo in lampade addito quotidiè accenditur, & uulgus *e* hic Lumbardiæ Pauer, uel pauiero, quasi papyro, mutata liquida in mediam appellat.

Viam inquit Alciatus esse affectandam, qua vul-

Esaiæ. c. 62. d.

a l. Nec piscatores. ff. de incendio. Auth. Nauigia. C. de furtis.

b Strabo lib. 17. Geographiæ.

c Euseb. lib. 10 de præpa. ad Euangelica.

d l. ligni. §. si gnorum in leg. 3.

e Glo. Papyrus ea. l. ligni.

gò iter fit: *a* & rectè. *b* Ex Vlpiani responso tamen quem refert *c* non satis rectè. Quia edictum, quod interpretatur eo loci Vlpianus, de loco Vrbico, vel quasi, non de itinerario promulgatur: in quo cauetur, ne quid interdiu noctuvè in euntē, vel effundatur, uel proiiciatur, *d* aut aliàs periculum ei ominetur. Intellige itaque uiam publicam, quam ἐπιδημίαν, *e* uel communem, aliàs Regiam appellant, siuè *f* extra vrbem fit, siuè per fundū alienū eatur, iis casibus quib. *g* permissum est. Qui autem cùm posśit per compendium uenire, circuitu usus est, *h* sibi non aduersario dilatio imputabitur. Circuitu verò non utitur, qui uiam tutiorem atque frequentiorem, licet breuior non sit, effectat. *i* Si gratiam viæ possit deprecari, is qui aliàs per eam ire prohibetur, adhuc idem erit; quia ea paratior intelligitur, per quam incedere potuit: atque ita alii *k* sentiunt.

Minus, Comparatiuè accipitur. Sic Imperator, Minus, *l* inquit, iusto precio solutum, ut rescisśioni uenditionis contractæ locus fit, intelligimus, si nec dimidiam partem iusti precii emptor præstiterit. Aliquando negatiuè accipitur. *m* Veluti, Minus soluit, qui nihil soluit. Minus uiginti millibus superesse intelligitur, etiam quicquid uigesimum excesserit, quia in idem hoc casu, *plus* & *minus* uerba reincidūt. Vnde, ad duo extrema, idem verbum apposite interdū referri, absurdum non est. Nam qui Titio legat, *Quoad uiuat* *n* videtur idem dixisse, acsi scripsisset, *Quoad moriatur*, licet vita & mors aliud, atque aliud sit: Euripides,

a Alciat. hic.
b l. 2. C. de cursu publico. lib. 12. Numeri. c. 21.
c l. 1. §. 1. de his, qui deiecerunt.
d l. Hoc edictū eo.
e l. 2. §. uiarū ff. ne quid in via publica.
f Num. 21. c.
g l. Si locus. §. ult. ff. Quēadm. ser. amittat.
h l. Tēpus. ff. de uacat. mu. l. si cui. ex quib. causis § sā din l. 2. §. ult. ad municipal. l. veteres. ff. de itinere actuque.
i Bar. l. Continuus. § cū ita de ver. ob. Aretin. §. his igitur. Instit. de instit. & iure
k Rota decis. 315.
l l. 2. C. de rescind. uendit.
m l. minus. infra.
n l. Eum qui ita. §. Qui ita. ff. de verb. ob. l. 3. §. hæc uerba. ff. de negot. gest.

Non est idem, mi Gnate, viuere ac mori.
Si quidem hoc nihil: spes sunt in illo scilicet.

Atque si quibus græca placeant, hæc sunt.

Οὐ ταυτ', ὦ παῖ, τῷ βλέπειν το κατθανεῖν
Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν τῷ δ' ἔνεισιν ἐλπίδες.

Tempora, inquit Aulus Gellius *a* duo cum inter se opposita sunt, atque ita adhærentia, ut alterius finis cum initio alterius misceatur: non refert, utrũ per extremitatẽ prioris, an per initium sequẽtis, locus ipse confinis demonstretur.

a *li.7.c.21.*

Demum, Alioquin verbis legis *b* standum erit. Accipitur quoq; hæc dictio taxatiuè, ut dicam. Martianus, *c* Codicillos is demum facere potest, qui testamenta facere potest, i. testamenti habet factionem. Cicero: Ea demum magna voluptas est, Crispe Salusti, æqualem ac parem verbis uitam agere.

b *l. 1. si quis cautio.*

c *l. Diuus. §. codicillos. ff. de codicillis.*

Conueniat, Quia subinde apud partes de die iudicio sistendi actum est. Vnde lex 12. tabularum, Si status dies sit cum hoste, venito. Propterea dicere solemus, *d* formam negotio dare voluntates contrahentium. Idem si Princeps *e* diem præfinierit. Vel aliàs causa personarum aliam definitionem itineris requirat: Puta, quia *f* militaris sit profectio, quæ statutas suas habet mansiones, quibus publicè milites cum signis recipiantur. Tacebantur, inquit Lampridius in Alexandro, secreta bellorum: itinerum dies publicè proponebantur, ita vt edictum penderet duos menses, in quo scriptum esset, Illa die, illa hora, ab vrbe sum exiturus: & si alii volue-

d *l. 1. § si conueniat. ff. depositi.*

e *Imol. §. cum ita. l. cõtinuus. de uerb. oblig.*

f *l. Tribuni. C. de re milit. l. modios. C. de ponderibus.*

voluerint, in prima mansione mansurus. An autem hoc verbum *Conueniat*, cum sit impersonale, tam Iudicis quàm partium requirat consensum, dubitationem recipit. Mouet, quod verbum indefinitum omnes *a* complectitur. In quo ita sic distinguitur, vt si publicam causam *b* transactio nõ attingat, sufficere priuatorum consensum, quòd in hac, vtrum sponte sua partes a lite recesserint, an Prætor *c* ipse controuersiam adimat, parũ interest.

Sed quid si lex indistinctè exceptionem adimat, an ea quæ officio iudicis porrigitur, contineatur? & quidem magis *d* est vt non contineatur: in quam quoque sententiam Bartholus *e* inclinat. *Conuentionis* verbum generale est, ad omnia pertinens, vt inquit *f* Vlpianus; de quibus negotii cõtrahendi, transigendiq; causa homines consentiunt; qui inter se aliquid agunt. Cætera quæ de hoc verbo, passim interpretes *g* referunt, prætereaquòd his libenter ambitiosis commentationibus concedo, quæ alienis repetendis plerunque cum maiori fastu, quàm vtilitate studiosi, circumferuntur; ne plura dicam.

Eius qui apud hostes decessit, dici hæreditas non potest, quia seruus decessit.



HAereditas cum sit nomen iuris, *h* meritò in seruilem hominem nõn cadit. Quod verò attinet ad ius ciuile serui vtique pro nullis *i* habentur, Οὐκ ἔστι δούλων πόλις, Plutarchus ait, in

a l. si plurib. de legat. 2.

b l. Eleganter. ff. de cõdictio. indeb. §. si quis post. Bar. l. 1. de feriis. l. ius publicum. de pact. Bar. l. sciẽdũ. nu. 26. de uerb. oblig.

c l. 1. §. põ. ff. de no. op. nun. l. Aequissimũ. alias l. si cuius §. sed si. ff. de vsufr.

d Argu. l. ita uobis. C. ad l. Iuliã de adul. Bar. l. 1. §. & parui. ff. Quod ui aut clam.

e Bar. consilio 100. Roman. consi. 350.

f l. 1. de pactis

g Bar. Alexã. Ias. Decius. l. lecta. si cer. pe. li l. Hæreditatis. infra. l. Nihil. ec. l. Hæreditas. de pet. hæredit.

i l. Quod atti net. de reg. iur.

in collectaneis. Propterea nec successorem bonorumvè *a* possessorem habere. Donec lege latæ, Cornelio Tribuno, interrogante, hæc iuris ciuilis asperitas emendata fuit. Quis enim patietur, eum qui pro Repub. fortiter pugnauerit, si vita cecidisset gloria *b* perpetua decorari: eum qui seruitutem subierit, infortunii genus longe miserrimum, iniuria quadã *c* affici, quod vita non ex voluntate sed ex euentu fruitur? Atque ob id testamentum iure ciuili in Ciuitate factum, ruptum *d* irritumq; reddi? Quapropter eadem lege benignè cautum est, vt voluntas eius qui apud hostes decesserit, perinde in omnibus, atque per omnia valeret, acsi captiuitatis vltimo momento vita decessisset. Proin de institutiones, *e* substitutionesque valere: libertates, legata, *f* fideicõmissaq; peti: sicut econtrà, agnatione *g* posthumi, tabulas testamenti rumpi, atq; et querelę inofficiosi, falcidiæque *h* diminutioni esse obnoxias: legesque tam veteres, quàm recentiores *i* circa successionis causam, omnem vim atque potestatem obtinere. Quòd generaliter probatum sit, lege correcta; *k* cætera quoque omnia statim innouari, quę ex ea dependent. Quod pluribus differere otiosum est.

Apud hostes, Nec sufficit hostico loco esse, *l* nisi pręsidiis hostium egerit, & quòd vi captus, ibi quoque *m* teneatur. Nam qui se duci permiserit, (quod vtique præsumitur, nisi aliud *n* appareat) legis Corneliæ beneficio non gaudebit. Turpissimum enim est, cum qui armis inter hostes, vndiquè sit munitus

a l. Paterfa. infra.

b §. 1. de excusatio. tutor.

c §. 1. Quib. mã. non licet.

d l. lege Cornelia. ff. de testamentis.

e l. lege Cornelia. de vulg. & pub. sub.

f l. Bona. ff. de captiuis et post lim.

g §. vlt. et l. Qui uxorẽ. de iniusto rupt. testamento.

h l. 1. ad. l. Fal.

i l. 1. §. vlt. in de legit.

k c. Translato. de constitut. Bart. l. 1. Cum plures. ff. si fam. furt. Ale. l. 1. nu. 2. ff. de reb. credit.

l l. Postliminij ius. ff. de capt. & post lim.

m l. si è successoris. ff. ex quib. caus. ma.

n l. 3. §. is qui l. 5. ff. de re mili.

tus

tus, seruitutē potius subire, *a* quàm mortem etiam naturalem oppetere. Nec alia de causa Lacedemones, Poetā Archilochū finibus patrię exegerūt, q̄ q militibus suaserit, scutū potius abiiciēdū, quàm, si res urgeret, animosè occumbere. Lexq; militaris hæc est, ut Aristoteles *b* inter alias recenset, τὸ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν, μηδὲ φυγεῖν, μηδὲ ῥιπτεῖν τὰ ὅπλα. ordinē* non deserere, fugam non capescere, nec arma proiicere militem debere. Vnde Poeta: Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hostes, Est uia, qua globus ille uirum densissimus urget. & alibi; *Vna salus uictis, unam sperare salutem.*

Apud *c* Germanos adeo fuit probrosum scutum proiicere, uel amittere, *d* ut qui hoc fecisset, sacris interdiceretur. Iure autem ciuili capitale, *e* Ecclesiasticis *f* Constitutionibus ignominiosum. Demosthenes tamen probro affectus, quòd à Philippo Rege Macedone in acie profligatus, fugam capesceret, quod quidem apud Aristophanem in Ranis, Cleonimo quoque, dictum fuit infamiæ maculam his uerbis diluere uoluit, quòd uir fugiens bello redintegrato pugnaret: Ἀνὴρ, inquit, ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. A uerbo φεύγειν (ut obiter dicam) Reum in Constitutionibus Imperialibus *g* passim partem fugientem appellari obseruauit Budęus, *h* sed ab eius opinione Antonius Augustinus *i* doctissimus dissentit.

Decessit, Verbum alioquin generale, siuè naturaliter, *k* siue quis ciuiliter esse desierit. Quanquàm *l* in persona serui, qui (ut Marciani, uel Vlpiani uerbo *m* utar) ἀπρο-

a l. Postlimi-nio. ff. de capti-uis & postli. glo. l. penul. ex quib. caus. ma-ior. l. 2. § mi-les. gl. sacra-mento. ff. de ijs qui not. infa.
b l. 5. Ethicorū c. 2.
* l. pen. ff. ex quib. caus. ma-ior.
c Alex. Genia. dierum, li. 4. c. 17.
d Vide § Mi-les. d. l. 3
e Omne § qui in acie. ff. de re milit.
f 6. q. 1. c. in-fames.
g l. cum ante. C. de recep. arb. l. properandū. C. de Iudicijs.
h l. 2. de cu-stod. reorum.
i lib. 2. emēd. c. 11.
k l. mercidis. de cond. & de-mon. l. si quis. ff. de adi. leg. § . . .
l l. Stipulatio ista. § . Hæc quoque. ff. de verb. oblig.
m l. . . . qui d . . . ff. de . . . l. . . ff. de leg. 3.

ce est, non nisi de morte naturali intelligi possit. Atque ita intelligimus, si Pontifex beneficia clericorum *discentium*, vel *decentium* alicui duxerit conferenda, quia non continentur ea quæ sacri coniugii uoto, *a* sunt facta irrita. sicut, nec ea *b* quæ posterioris dignitatis acceptione exinaniuntur: & nec decedit, nec cedit. *c* hoc enim factum hominis, illud *d* mortem denotat. Sed quid si substitutio facta sit per hæc uerba *si filij decedant:* nec filii omnino nascantur, an substitutioni locus sit? Quod quidem benignè dicemus, *e* & ita Decius *f* ex facto consultus extensioni locum fore respondit.

Hæreditas, Dum autem quis adhuc in ciuitate sit, hæreditas eius dici non potest. Quia superstes *g* est. Postquam in hostium manus peruenerit, multo minus, quòd iura omnia ciuitatis *h* protinus amiserit. Quæ, an de iis intelligenda sunt, qui Monobiarchę se tradiderunt, quòd *i* mortuis assimilantur, quæri potest. Quod utique Bart. Bald. Imola, Angelus, atque *k* etiam Alexander *l* probant.

a c. Quàuis. de praeten. in 6. ... gl. ... b. de coniug. cler. c. 1. c. ... 2. co.

b c. de multa. de præbendis.

c c. 2. de renũcias o. c. ... suscepti ... re ... in 6.

d d. l. Intercidit.

e l. 3. de adimend. leg.

f Decius cons. 227. Alciat. cõs. 498. n. 11.

g l. 1. de hæred. uendit.

h Instit. de iure person.

i Auth. ingressi. de sacros. eccles.

k l. 1. de testamentis.

l consil. 13. uol. 3.

PAVLVS LIBRO SECVNDO AD EDICTVM

Lex IIII.



PEcuniæ appellatione rem significari, Proculus ait.

VIDERETVR hoc responsum non procedere, quòd res à pecunia *a* nō paucis speciebus iuris distinguitur. Neque profectò, qui pecuniam habet numeratam, continuò *b* quicquid ea comparari potest, habere dicitur. Nec econtrà, qui centum in bonis habet, pecuniam *c* quæ ex his refici potest, habere intelligitur. Aliud merx, aliud enim pretium est: quod *d* non tàm ex substantia, *e* quàm ex quantitate usum atque dominium præbet. Quamuis subtili quis inspectione dixerit, *f* æs signatum, *f* rem sine qua esse nō potest, *g* in se continere. Atqui profectò, huiusce legis rationem doctissimi longè aliam arbitrátur: qui *h* quòd omnem suam substantiam veteres in pecudum fructu constituerunt, à pecude pecuniæ nomen tractum autumánt. Columella. *i* In rusticatione, vel antiquissima est ratio pascendi: eadē q; quæstiosissima, propter quod nomina pecuniæ & peculii tracta uidentur a pecore. Quoniam id solùm veteres possederunt: & adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur diuitiarū genus. Hinc bobus tribus, ouibus binis antiquitus mulctam maximam indictam: quod quoque supra *k* commen-

a l. Extat. ff. Quod met. cā. l. si se. ff. de re iudicat.
b l. Propemodum. infra.
c l. si seruus de positus. de noxa lib. act. l. si ita. ff. de fideiuss.
d l. 1. ff. de cōtrahen. empt.
e l. si. cui. §. 1. ff. ute solutio. c. Quanto. de iureiur. vbi uide dd.
f l. Quæsitū §. illud fortasse. de leg. 3.
g l. in rem. §. sed & id quod. ff. de rei vindicat.
h c. Totum. 1. q. 3.
i li. 6. de re rust.
k l. 2. in fin.

memorauimus. Bos enim centussibus, ouis decussibus æstimata est. Pecuniam Romæ signari cœptam post Pyrrhi Regis aduentum, Plinius author est; Quę forma publica pecussa, quodam quasi æquilibrio rem, atque mercem pendens, in pecudis locum successit. Tribunisq; *a* curam cudendæ monetæ datam leg. 12. tab. his uerbis docemur. Tribuni sunto. Domi pecuniam publicam custodiunto. Vincula sontium seruanto. Capitalia uindicanto. Aes, argentum, aurumvè publicè signāto. Quos tamen Triumuiros monetales Pomponius appellat.

His igitur cognitis, cum Proculo merito dicimus, appellatione pecuniæ rem significari, siuè ipsius nominis rationem consideremus: siuè ipsam materiam pecuniæ, cui forma publica addita est. Secundum quod Prætoris *c* edictum intelligimus, quo cauetur, ne quid pecuniæ, calumniæ causa capiatur. Quia omnem rem, sordemvè complecti uerius est. Constitutionesque sacræ suffragantur, quæ *d* cum fidei sacræ inquisitorem, pecuniā accipere uetant, non solùm pecuniam numeratam, sed etiam *e* omne quodcunque lucrum, quo animi rectum iudicium subuerti posset accipere prohibetur. Hodiè autem pecuniæ uerbum *f* strictè sumitur, pro ea tantum qui in numerato consistit: quam si non numerauerit, quæ decem dare promiserit, ab obligationis nexu *g* non liberetur. Eo ꝙ rem *h* pro pecunia, aliamvè pro alia re inuito creditore, soluere permissum *i* non est.

a Ale. Genial. dierū. li. 5. c. 2.

b l. 2. de orig. iu. is. §. Deinde.

c l. 1. §. 1. l. 2. 3. ff. de calumniator.

d Cle. nolen. et. §. 1. de hæret. gl. 2. c. Pastoralis. de donatio.

e c. sunt nonnul. li. 1. q. 1.

f l. 2. 3. vlt. de condict. ob cau.

g Bar. l. Acceptā. C. de vsu.

h d. l. si ita. ff. de fideiuss.

i §. 1. Quibus mod. tollit. obli.

Rem significari, Id est substantiam. *a* Alciatus. Io. Brechæius, Iureconsultus præstantissimus, rem pecuniæ, tanquàm genus speciei inesse existimat. Qui licet ætate anteuertit, tamen sententia mecum conuenit: quòd hoc ipsum apud me deliberassem; priusquã eius Commentarios viderim: dum iam pridem, paratum *b* eo modo empto significari: agnatisq; *c* cognatos contineri, id est significari: sicut econtra significari *d* pro contineri, apud Iurisconsultos obseruauerim. Postea tamen ne uiderer, uel minimo cuiusqua uiri doctiss. gloriæ derogare: (integram enim laudem sibi reseruari uolui) secunda utique atque etiam talis animo mihi subibat cogitatio: Nomen pecuniæ, nimirum duplicem relationem in iure nostro obtinere. Siquidem aut, ut quãtitas consideratur, quę numero versatur: & tùm res tanquam materia ex qua conficitur, designatur. Aut uerò pecuniam, non ut quantitatem, sed ut speciẽ, certumq; corpus respicimus: puta, *e* cum signatam pecuniũ in sacculo, quis apud me deposuerit. Quo casu, verum erit, proprie rem significari, *f* quòd æstimationem, pretiumve dando tùm debitor minime liberator.

Res namque huiuscemodi non in genere, sed in specie functionem suam recipit. Inde est, *g* si centum quis Titio legauerit, *qua in arca sunt*, nisi ex uoluntate testatoris aliud appareat, id quod in arca est legato cedit. Et ita Bart. stipulationem exaudit, quæ his uerbis concipitur, *h Hanc summam centum aureorum* promittis? Quia id potissimum

valebit

a l. Cori. ad S. Conf. Treb.
b l. si quid §. 2. de leg. 3.
c l. inter agnatos. ff. vnde agnati.
d Glo. continere. l. Prædijs. §. Titia. de legat. 3. glo. ult. l. verbum oportebit. infra.
e Aristot. lib. 1. Polit. c. 6. Castr. l. Lucius 1. l. si sacculũ. depositi.
f l. cum seruus ff. de cond. & dem.
g l. Plane. §. sed si non. de legat. l. Quisquis. de leg. 3. l. sed mihi. §. ult. cũ l. seq. ff. commodati.
h l. si ita stipulatus fuero. de verb. oblig.

valebit quod actum est: adeo ut si non centum, sed pauciores nummi inueniantur, quàm qui in stipulatione deducuntur, ii tamen debentur. Quod si quis interpretationem hanc nostram ueram in se esse arbitrabitur, ad Proculi tamen sententiam non magnopere pertinere, is (si placuerit) in mentem reuocet, Proculum eundem alibi dicentem, *a* nimirum: rusticos se senes audiuisse dicentes, pecuniā siue peculio fragilem esse. Peculium appellantes, quod præsidii causa seponitur: & *b* vulgò thesaurus appellatur. Quę, *c* propter uarios fortuitos casus, qui ei quotidie imminēt fragilis appellatur. Præterquam quòd ex quotidiano vsu, unde vsualis dicitur, intertrimentum recipit, vt Iurisconsulti vocabulo *d* utar.

Sed videamus, si non simpliciter pecuniam, sed *mutuam adiecerit?* Et quidem respondi, quanquā species, *e* atque corpora mutui quoque nomen quodammodo accipiant: tamen hoc casu non tàm corpus, *f* quàm quantitas uidetur expressa. Ita quoque Senatusconsulti *g* verba accipiuntur: licet ad fraudem depellendam latius *h* interpretamur.

Quid item, si Daricos uel Alexādrinos aureos soluere promiserit, an Philippicos dando liberetur? quòd magis est, si creditori debitor *i* omne detrimentum refundat, tantundem scilicet, re atque æstimatione præstando. Idque Iurisconsultus *k* innuit: usúsque etiam *l* probat. qua de re tamen, interpretes Iuris *m* propè infinita differuerunt. Multò magis, si eadem pecunia æstimationem aliā extrinsecam acceperit, eandem soluendo debitorem

rem

a l. si chorus. ff. de legat. 3.
b l. A tutore. ff. de rei vindi.
c l. pusillo. ff. quod falso tuto re. l. Qui ita. ff. ad S. C. Trebel lia. l. Quod debetur. ff. de pecul.
d l ult. §. ult. de pign. act. l. ult. ff. depositi.
e l. Lucius. depositi. l. dic. eo. ubi glo. l. item legato. § 1. de leg. 3. l. Quæsitum. § si quis eo. lē. ff. de fundo instr. leg. vi de Cæphal. d. cō si. 603. uol. 4. fol. 2. ff. de reb. cred. c. cōsuluit. de usuris.
g l. 1. l. Quia quòd. ff. ad S. C. Maced.
h l. item si filius fam. §. Mutui datione. ad S. C. Macedo.
i Bar. l. Paulus. ff. de solutio. num. 3.
k l. si sub una. ff. de uerb. obl.
l Didacus. c. 7. §. vnicus. de ve tera collatio. nummis.
m dd. l. 2. § 1 si cert. pet. Bal. l. libera. C. de fens. & interlo

retro liberari, quidam tradiderunt: * licet in aliam sententiam Aretino inuito *a* frequentius itũ est;

Quid si sterlingos dixerit, cuius *b* passim apud interpretes sermo fit? Mihi vtique videtur perinde ac si vsualem *c* loci, vel Regionis pecuniam nominasset: probam, *d* ac, vt Aemilii Papiniani cautio *e* lecta in auditorio suggerit, boni & iusti põderis monetam. Quod quidem Britannicum esse nomen Polydorus Virgilius *f* Chronographus autumat; deductũ ab au e sturno, quàm Græci ψάρον, Angli nostri, *sterlyng* vocant, nummo insignita: sicuti legimus, Mitilenos Saphonem ære suo insculpsisse: Chios Homerum: Asios puerum *g* Delphino insidentem: Dardanos Gallorum pugnam: Aspendios, luctatores: Rheginos, leporẽ: Saturnum, nauem; *h* Argiuos, murem: aliasque gentes alia figurasse animalia.

Quòd si alicui videbitur, sterlingi vocabulum corruptum atque vicarium, pro stellingo substitutum, Indeque tribunal Stellionatus criminis, cuius supremi Iudicii monetarii, sicut cęteri facinorosi etiam hodie in Anglia censentur: vt hercle possit esse vtrunque, ita meum non est de re incerta, atque ambigua certi quid *i* statuere.

Si quis nummos *k* se alicui legare dixerit idem erit, acsi pecuniam retulisset; Suetonius Tranquillus cuius Suidas meminit: nummos ait a Numa Pompilio appellatos. Verum Aristoteles lib. 5. Ethicorum. cap. 4. a Græco νόμῳ nomen deductũ existimat, quòd lege non natura originem habeat. atque eum, Budæus, *l* Didacus, cæterique sequuntur.

Planè

aut. idẽ l. Quicumque. C. de ser. fug. Roma. consi. 416. Boerius. decis. 327

a Aret. l. cum quid.

b c. Constitutis. de procur. c. 3. de arbit.

c c. Olim. de iniurijs. c. olim de censib. c. 2. in fi. de maledicis.

d l. eleganter. §. Qui reprobos. de cond. in deb.

e l. lecta. ff. si cer. pet.

f lib. 16.

g Vide Gell. c. vlt. in fi. lib. 16.

h Macrob. c. 7. li. 1. Saturnali.

i Arg. l. Continuus. §. cũ ita. ff. de uerb. obl.

k l. 2. C. de falsa monet. Frãc. Hot. verb. Nũmo addicere: cũ seq. de cõm. uerb.

l l. ius ciui. ff. de inst. & iu.


Planè si certum auri vel argenti pondus alicui legatum sit, si species designata non sit: non materia, *a* sed pretium præsentis téporis prestari debet.

a l. cum certum. ff. de auro legat. l. Plane. 1. § Sed si pondus. de legat. 1.

Idem,

L. x V.

Rei appellatio latior est, quàm pecuniæ: quia, & quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet. cùm pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt.



CVR hęc tam diuersè? Cum superiori lege plerisque authoritatibus iuris demonstrauimus, Pecuniæ *b* nomen rei que verbũ, æquo passu ambulare. An hoc ideo, quòd stricta nominis *c* ratione, id solùm pecuniæ nomine significetur, quod in numerato consistit; Pleniori autem interpretatione, *d* ea quę numero, pondere, vel mensura consistunt, contineri. Cætera vniuersa, non nisi latissima *e* interpretatione complecti? Iurisconsultus verò, quod ad legis uerba attinet, nobis hic ostendit, pecuniæ appellatione significari ea quæ in patrimonio nostro sunt. Nec *f* aliter quàm si rem *g* dixerit, ad ea referri quæ sunt extra patrimonium constituta. Cuius quidem acce-

b l. Sæpe. infra. l. Nã quòd ad S. C. Trebellia.

c §. item pretium. de emp. & vend. l. pen. de act. § ult. Si quadrup. Inst. glo.

d l. Talis. de legat. 1.

e l. 2. C. de const. pecunia.

f l. 1. de usuf. legat.

g Inst. tit. de rebus corp. & incor.

ptio (vt inquit) latior eſt, i. vt ego interpretór, plénior atque auguſtior, quòd nón de Euclidis, aut Cteſii menſura agimus, prout alii alibi *a* exiſtimauerunt, qui in eo propterea ſunt ridiculi.

Accurſius caſum legis effingit, in his quæ ritè per Pontifices, *b* Deo opt. ſunt ſacrata: nec non de homine libero intelligit, *c* qui in nullius eſt commercio. Atque poſt varias opinionum fluctuationes in ea ſententia tandem acquieſcit. Alciatus contrà: atque de eo legem interpretatur, qui circa filiorum ſuorum, atque liberorum *d* ſalutem anxiè diligens; vel, vt ait, de conſanguineo ſentiēs, ſcripſerit, ſe res ſuas cui viſum eſt, commendare: Vel aliàs, rem ſuam agi, quando id quòd in cognitione verſatur, cauſam habet capitalem periculivè plenam. Quod poſtremum, licet quibuſdam authoritatibus *e* iuris ſuſtineri poſſit: tamen an Pauli Iuriſconſulti nobiliſsimo ingenio conueniat, ſubſiſto. Certe, quod de filio, vel conſanguineo retulit, verum eſt, ne latum vnguem ab Accurſio diſſentire: quinimmo, quàm maximè conſentire. Nam quòd de homine generaliter Accurſius tradidit, hic uerò de filio atque conſanguineo. Quod in idem recidit. Quanquam obſcurum non eſt, filiorum, atque ſeruorum *f* cauſam antiquis parem habitam. Proinde filium in poteſtate tanquam mancipium patri diſtrahere, *g* vindicare, *h* noxæque *i* dedere permiſſum. & quod ego maximum deputo, tanquam in ſeruilem hominem *k* ſæuire, adeo quòd morte mulctare fas erat, prout ex oratione Ciceronis luculenta, habita pro domo ſua

a Vide Bar. l. 1. ff. de iuriſd. om. iud.

b §. Sacra. de rer. in diuiſ.

c l. ſi in emptione. §. omniū. ff. de cōtr. emp.

d l. iſti. ff. Quod met. cau.

e l edicto. de bon. poſſeſſ.

f Aret. §. ſi creda. de obl. quæ ex delic. no. 3.

g l. 2. C. de patro. qui ſi l. diſtr.

h l. 1. de rei vind.

i Inſtitut. de nox. act.

k l. in ſuis. de lib. & poſthu. l. ult. C. de patre, qui filios diſt.

sua apparet. Quapropter de quo vti de re sua patri disponere concessum est, is vbique omnino extra patrimonium censendus non est. Existimarē ipse, quod quoque aliis visum est, Rei uerbum hic latissimè esse intelligendum: sed alia ab aliorum ductus ratione. Nā, *a* qui stipulatur, Rem pupilli saluam fore: non solùm de iuribus, atq; nominibus, uerum etiam Pupilli personam defensam iri cauere uidetur. Quòd tutoris præcipuum munus sit, non tam patrimonium, quàm pupilli *b* personam tueri. Itē qui rem ratā dominū habiturum cauerit, Iudicialem cognitionē complectitur. Secundū quod lege 12. tab. cauetur, *Iudex qui ob rem dicendam pecuniā accipere fuerit conuictus, capite punitor*. Cambises Rex *c* vt sordibus iudicum seueritate supplicii, occurreret, pellē Iudici improbo detractā, sellæ præfigi mandauerat: in cuius locum postea iudicē filium eius suffecit. Imò, constitutionibus ecclesiasticis, simoniacæ hęresis reus tenetur, qui uel saltem precibus pro indigno *d* beneficium impetrauit: etsi de patrimonio *e* suo nihil omnino errogauerit.

Quod aiunt, Rei appellatione mancipia contineri, id ipse negare non debeo. Atqui, ex Modestini responso *f* nō satis constare contenderem, quod utpote primum atque ad hoc probandum, unicū omnes *g* afferunt. Quia hæc uerba, *fundum lego, cum omnibus rebus quæ in eodem sunt*, quibus nitantur, *Rei* uocabulo homines complecti, non tam vi uocis *Rei*, quàm quòd sunt generalia, imo vniuersalia, quod est eminentius, contineri ipse existimarem: *h* Vnde si scripsisset, *Quicquid in eodem fundo*

a l. Qui iussu. ff. de adm. tuto.

b §. certæ. Instit. Qui test. tut. da. pos. l. 1. l. certarum. cū ll. seqq. de test. tutel. l. cum plures. §. cū tutor. ff. de adm. tuto.

c Valer. Max. li. 5. c. 2. Herod. li. 5.

d c. Ordinatione. 1. q. 1. 8. q. 1. cap. Moyses. Gl. c. tuam. de aiat. & qualit.

e c. Quibusdā. 1. q. 1. Glo.

f l. Omnia. §. cum ita. de legat. 2.

g Bart. Bald. Cast.

h c. ex literis. de iure patro. Bar. l. generali §. vxori. de usufruct. legat. Decius consi. 389 col. fi.

habeo, licet *Rei* nomen adiectū non sit, tamen mancipia omnia, uel ea, quæ in diem ibi sunt, legato comprehendi *a* uerius est. Signum uniuersale, de quo alii *b* retulerunt, ea complectitur, quæ aliàs *Rei* appellatione uenire non solent, Cùm alioquin res, & homo tanquam *c* species oppositæ inter se maximè differunt. Tùm maximè, quia hoc verbū ad hominem liberum extendi *d* non debet, licet Andreas Siculus *e* contra respondit: & Alciatus consentit. Continet hoc uerbum, ēt factum, unde statutum si disponat, de *omnibus rebus* soluendā esse certam æstimationem portorii nomine, cōtractus *f* quia facti sint, *g* continentur.

Sanè, non omittam, quòd, qui ob causam dat, præteritum tempus significare: quia licet falsa sit, ut inquit *h* Pomponius condictione non repetit: secus si *ob rem*: quòd ideo datur, ut aliquid sequatur, quo non sequente repetitio competit. In actione reali, *i* res accipitur quatenus certū quid designat, quod specialiter in petitione cōplecti debet. Est quoque *k* rerum atque bonorum causa separata, quò ad ius ususfructus constituendum: nā ex bonis æs alienum deducitur, secus si certarum rerum usus fructus legatus erit, teste Venuleio Iureconsulto, lib. decimo Actionum. Si lex dupli pœnam irroget delinquentibus: in dubio, non tam de specie *l* quàm de quantitate geminanda actū Interpretes uoluerunt. Et rectè; quòd in speciebus constituendis iustum æquilibrium, quod τὸ ἰσάζον Vlpianus *m* appellat, uix inueniri possit. Atque ob eam causam, Phauorinus argutè in uerba legis 12. tab·

a l. Quæsitū. §. prædia. de lega. 3. l. Lucius. §. quidā. eo. l. Gaius. §. 1. de lega. 2. l. 1. §. quod ait. ff. quod ui, aut clam. dd. l. Emptor. §. Lucius. gl. tex. de pact.
b Rolā. à Valle. consi. 2. cōs. 99. vol. 4.
c §. ul. Inst. de iure natu. gen. & ciuil.
d Ripa. l. 1. n. 103. si cer. pet.
e Cōs. 25. no. 2
f l. cōsi. §. ult. ff. de curator. furios.
g dd. Instit. de obligatio.
h l. Damus āt. de condi. indeb.
i l. si in rē. de rei vind. Bar. l. in Actione. ff. de furt.
k l. ul. de usuf. legat.
l Bar. l. Lucius §. impuberem. ff. de leg. 2.
m l. cum en. m. ff. de stipu. ser.

tab. apud Gellium *a* conquiritur, qua cautũ erat, *Si membrum rupit meum, è pacto talio esto.* Quia, inquit, præter ulciscendi acerbitatem, nec procedere executio iusta talionis potest, ꝙ quandoque imprudentia delinquitur: talio autem non nisi consilio. Ad hæc, si consultò membrum ruperit, *b* nequaquam se lædi patietur, aut altius, aut latius: & quæ sequitur.

a h. 20. c. 1.

b Glo. l. præses. C. de seruitut.

Patrimonio, Id est, substantia *c* uel hæreditate. Et generaliter quæcunque bona significat. Iuuenalis Satyra 12.

Non propter uitam faciunt patrimonia quidam,
Sed uitio cæci, propter patrimonia uiuunt.

Proprie ad paternam uel auitam hæreditatem refertur. Dos *d* autem Patrimonium mulieris censetur. Peculium filii fa. uel *e* serui. Sic bona Ecclesiæ Patrimonium Christi, *f* quia Pauperum usibus destinantur, *g* modo dispensator præsit legitimus: qui cum solicitudine, reuerentia, & timore Dei dispenset, non in suos usus conuertat. Quia *h* scriptum est, Habentes uictum & uestitum, his contenti simus.

c l. Cogi. ff. ad S. C. Trebel.

d l. 1. solu. matri. l. 3. §. sed utrum. ff. de minorib.

e l. si ex duobus. ff. de pecu. Instit. de actio. §. Actiones.

f c. Cum eo. de electio. 6.

g c. Quoniam 26. q. 1.

h c. Episcopus. Eccles. a 7 carum. 12. q. 1.

Opere locato, uel conducto: his verbis ait Labeo id opus quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, significari: id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum



PVS intellige, quod instar facti *a* operis sit. Proinde domũ facere qui promittit, ita *b* præstare debet, ut in ea sine magno incommodo morari liceat. id est, superficiẽ iustam solo adiicere debet, quæ *c* coniuncta domũ constituunt. Picturas, statuas, marmorea, loricationesq; seu incrustationes, quia sine his ædes perficiuntur, ornatus ædiũ causa potius parantur, vt Iureconsultus *d* ait.

Si quis opus alicui faciendum conduxerit, certo pretio singulis mensuris constituto, eius quod factum est, tanquam operis perfecti *e* peti poterat æstimatio: quòd sub uno nomine generali plura opera significantur. Qui Reip. opus pollicetur, sine causa, quod facere incœperit, *f* perficere astringitur: idq; fauoris intuitu uulgò obtinet. Cœpisse hoc casu dicitur, qui fundamenta iecerit, *g* uel locum purgauerit. Sed & si quemcunque apparatũ fecerit, cępisse uidetur.

Sed cur non nisi perfecti & consumati libri *h* debentur, si libros testator legauerit: Argento facto *i* relicto, id quod cęptum est cęlari, & quod purum non est, legato cedit. An eò fit, quod *k* mentem loquentis in eo consideramus: perinde ac si nullius vsus essent libri nondum perfecti? Quod utiq; uisum est, sicut in lege *l* lata, testamento, *m* necnõ rationibus reddendis, *n* quę nisi completa nihil proficere conspicuum est.

Locato Vel conducto. Emptionem, atque uendionem sicut locationẽ & conductionẽ, promiscuè ueteres *o* capiebant,

a l. si is qui. ff. ad l. Fal.
b l. ex conducto. ff. locati.
c l. Eum qui. ff. de vsucapio.
d l. Statua. l. Impensæ. infra eo.
e l. Qui insulã. §. Qui ædem. ff. locati. arg. l. cum plures. ff. de euictio.
f l. 1. de pollicit.
g d. l. 1 §. cœpisse.
h l. librorum. ff. de leg. 3.
i l. Etsi. alias. l. cum aurum. § infecti. de auro legat.
k Bar. l. interstipulantẽ. §. sacrã. nu. 10. de uer. obl.
l l. Incivile. de legibus.
m l. si is, qui te stamentum. de. testamentis.
n l. cum seruus. ff. de condi. & de. mo. Bar. l. 1. § ficio. Bar. 10. R. b. de no. oper. nunc. l. 1. § ult. de edẽdo.
o l. Veteres. de act. empt. Glo. l. si domina. C. de usus.

Celsus. *a* Si quis uitulos pascendos, uel sarciendum polliendumvè quid conduxerit, culpam eum præstare debere: quippe ut artifex conduxit. Emptio & locatio, licet *b* eisdem iuris regulis consistant: quòd sicut emptio & uenditio contrahitur, simulatq; de pretio cõuenerit: sic & locatio & con ductio contrahi intelligitur, si de mercede conuenerit, tamen; secundum quod quoque Sabino *c* ui detur, non ineleganter ita a se separantur. Quia, ubi corpus ipsum non datur ab eo, cui quid factum opportuit, locatio nõn est. Aliter si quid dederim ubi quid ędifices: nam tum emptionem non locationem factam, idem refert. Operę *d* autem locato donec probetur, periculum est conductoris, si moram locator nullam fecerit. At publici operis redẽ ptor, (sic enim appellatur) *e* qui suo periculo opus faciendum conduxerit) in annos 15. *f* operis firmitatem, atque bonitatem præstare debet. Vitruuius lib. 10. Architecturæ author est, legem latam apud Ephesos, ut Architectus, qui publicum opus faciendum conduxerit, sumptus certos operi decerneret. Quo facto, bona eius, donec opus esset perfectum, Magistratui hypothecæ nomine obligarentur. Atq; si dictis, expensarum ratio responderet, tum decretis honorib. acciperetur. Sin autẽ quartã solã superasset, ex publico adhuc redimeret. Quartã si excessisset, id quod excreuerit, ex bonis eius refunderet. Sciendum est, si specialiter ad nouũ opus construẽ dum pecunia relicta non sit, ex ea uetera potius ædificia reficienda, prout apud Iulium Paulum *g* extat relatum.

a l. si quis domum. §. ult. locati.

b l. 2. ff. locati

c l. Sabinus. ff. de contrab. emptio.

d l. Opus. ff. locati.

e l. 1. Quibus mod. pig. l. Redemptor. ff. de rei vindicatio.

f l. Omnes. ff. de oper. public.

g l. Decuriones. ff. de adm. rer. ad Ciuit. pert.

Ἀποτέλεσμα, Id est opus perfectum, & consummatum, ita vt *a* in usu esse posit. τὸ ἔργον actum, seu, ut aiunt, quid informe. Draco & Solon, *b* qui populo Atheniensi leges tulerunt, ad munus amatorium referunt, quod Homerus, ἔργον φιλοτήσιον. Cuius quidem effectus, ut addam, non nisi coniecturis *c* probatur. Responsa Caldaica ἀποτελέσματα nuncupari, & multi retulerunt, & Alciatus hic commemorat. Quorum instituta tanquā Deo Optimo contraria, Moyses passim *d* populo interdixit: quòd ut Dominus noster ac Saluator *e* ait: Nostrum non est nosse tempora, uel momenta, quæ pater posuit in potestate, & Isaias: Priora quæ fuerunt, nunciate mihi, & quæ futura sint indicate, & sciemus, quia dii estis uos. Hinc etiam Diuus Paulus ad Galatas scribens, *f* his uerbis. Dies, inquit, obseruatis, & menses, & tempora, & amos: timeo vos, ne forte sine causa laborauerim. De quibus Azo atq; Hugo *g* somniasse in quadam cōstitutione interpretanda perhibentur, qui propterea ab aliis notantur. Constitutionesq; Imperiales, *h* necnon postea Pontificum decreta, *i* artem nefariam diris execrationibus prosequuntur. Et meritò; quando Albumassar huius artis primipilaris, eousque delirauit, ut quicquid à Deo peteret, luna Ioui in capite Draconis coniuncta, sibi quasi concessum dabat. Cum tamen omnes norūt, Zoroastrem *k* Pompeiumq; iis studiis ad superstitionis infamiam mancipatos, fortis tamen suæ miserę ignaros, turpiter uita cecidisse, in quos optimè Pacuuii quadrat elogium, his verbis.

a l. Aedificia. § ult. infra.

b l. Quod ait. ff. ad l. Iul. de adulter.

c c. Cum literis. de p̄sumpt. c. Nec aliqua. 27. q. 1. Glo. cō cubitus, cum seqq.

d Leuit. 19. f. Deut. 18. b.

e Actu. 1. b. Esa. 41. Gen. 1.

f cap. 4.

g l. Cretionū. C. de repud. hæred.

h l. Mathematicos. C. de Episcop. audient. l. Nullus. C. de malefi. & ibi Salyc.

i 26. q. 5. 5. 7 per 10. 23. q. 4. c. eccee.

k Iustin. li. 1. histo.

Hi

Hi sunt, qui auium cantum intelligunt,
Magisq́ ex alieno iecore sapiunt quam suo.

Et Accius poeta apud a Gellium, simili modo, ut sequentibus apparet, insectatur huiusce disciplinæ professores.

Nihil, inquit, *Credo augurib. qui aures uerbis diuitāt*
Alienas, suas ut auro locupletent domos.

Curiositatem eorum, qui futuræ suę uitę rationem ab his exigunt, Flaccus b Poeta quoque damnat, his uerbis.

Tu ne quæsieris scire nefas, c *quem mihi, quem tibi*
Finem dij dederint, Leucone: nec Babilonios
Tentaris numeros, d *ut melius quicquid erit pati,*
Seu plures hyemes, seu tribuit Iuppiter ultimam.

& quæ sequuntur.

Libros omnes generaliter improbatę lectionis, Antistes e Ciuitatis religiosissimus more maiorum iubebit concremari. Nam & Petilius Prætor urbanus, f sicut Senatus censuit, in conspectū populi libros nefandos comburi fecit. Etsi Cassius Seuerus se quoque uiuum rogo tradendum festiuè iocatus est, quod Labieni libros memorię ītegros commendasset, quos ob nimiam dicendi libertatem infames, Senatus ad petitionem aduersariorum flammæ damnauerat. Hoc hercle uerum est, non solum discentes, atque docentes, sed etiam rem illicitā auscultantes, legitimis pœnis g subdi. Qui leues hominum mētes superstitione aliqua deterritant, pro modo delicti, pęna h tenētur extra ordinaria: uel potius ex rescripto Imperatoris Diui Marci, in insulam relegantur.

a lib. 14. c. 1.

b lib. 1. Carm. Ode 11.

c c. 1. 26. q. 3.

d c. non obseruetis. 26. q. 7.

d d. l. Mathematicos. de Episco. aud. Actuū Apost. c. 19. l. Cætera. ja. erc.

e Valer. Max. lib. 1.

f l. Quicunq; C. de hæretic. §. Nulli. gloss. seq. l. Item apud Labeonem. §. si quis. ff. de iniurijs.

g l. Si quis aliquid. ff. de pœnis.

h Oldr. consi. 79. Abb. c. 2. de sortileg.

Sed, an inter artes improbatas, Alchimia (quàm uocant) habenda sit? Mouet, quòd aurum hoc commentitium uero præstare *a* sunt qui etiam cũ prædicatione contendunt. Ego tamen, ut ille ait, tanquam cauum conuexo, ecclesiasticis institutis adhærere malo. Nam præterquàm quòd Beatus Thomas, Doctor & Philosophus eminẽtissimus, aurum hoc nihili esse ducit: Atque Diocletianus Imperator libros huiusce vanitatis Vulcano præceperat consecrandos, extat Io. 22. de hac re decretum *b* veritatis & pietatis plenum. Quod quidem, ut illi acceptum feram, per quem profecerim, Iurisconsultus elegantissimus, Richardus Vitus Anglus, quem honoris causa nomino, tùm propter ueterem amicitiam mihi coniunctissimus, tùm propter singulare diuinumq; propè ingenium omnibus bonis literis excultum, semper mihi honorificus: is, in quam, dum unà studiorum causa Patauii celeberrimi Gymnasii iam olim cõmorati sumus, inter alia multa quæ priuato congressu literario se offerebãt, mihi retulit. Sed uerba Decreti operæpretium est subiicere. *Spondent*, inquit, *c* Pontifex, *quas non exhibent diuitias, pauperes Alchimistæ: pariter, qui se sapientes existimant, in foueam incidunt, quàm fecerunt*. Et paulò post: *Cùm ueritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, &c.* Quæ ad uerbum inserere longum esset. Ex qua Constitutione deprehenditur, infamiæ nota laborare, & aliàs pœnas pati, qui eam artem exercent. Siquidem, ut ibi sequitur: *Quod non inueniunt, studiosè quærunt; iuris præcepta naturalia contemnunt; artis me*

a Oldrad. cõs. 7 ?. Albe. c. 2. de formi. leg.

b Extrauag. com. de crimi. falsi. c. 1.

c d. c. 1.

tas excedunt, legumq́; interdicta uiolant. Vetus eſt, quod quoque ex triuiis arripitur, Non temerè credendum *a* iis, qui aureos montes promittunt, Nam, ut D. Hiero. ait, in Rufinum, Cum montes aureos pollicitus fueris, ne Scortęum quidem nummum de theſauris tuis profers; ſecundum quod ſcriptum eſt, dicunt, & non faciunt. Non tamen adeò in uerba, ut aiunt, iuraui magiſtri, ut non libenter me à ſentẽtia patiar dimoueri, ſi mihi quiſquam eorum, non (inquam) mõtem aureum purũ: ſed profectò ſi modicum: imo uel millium auri artificioſi boni oſtendant: Veritatique tum (ut Ser. Scęuola ait) *b* locum fore, audacter profitebor. Alioquin, ſi nihil afferant, nullumve artis teſtem inducant legitimum, eo quòd promiſsis quilibet diues eſſe poſsit, ignoſcant velim, ſi cum noſtris potius ſapere elegerim, quàm cum ſuis aberrare.

a Glo. & Bar. l. Omnes. § ult. ff. de re milit.

b l. Imperatores. ff. de proba tio. l. Illicitas. § ueritas rerũ. de offi. præſid. c. conſuetudo. diſtinct. 8.

Alchimiam, uel (ſi mauis) Archimiam, quaſi ἀργύρου χημείαν dictam perhibent. Sed hæc obiter.

G VI.

VLPIANVS LIBRO TERTIO AD EDICTVM.

LXVI.

Ominis & rei appellatio, ad omnẽ contractum, & obligationem pertinet.

NOMEN pro cautione, debito, *a* aliisque modis capi, tùm maximè Latini sermonis doctissimi retulerunt. Inde nomen bonum atq; malum passim dici, cum debitor soluendo sit, uel aliàs soluendo esse desiit. Lucius Columella. *b* Optima nomina, non appellando fiunt mala, fænerator Alphius ait. Et Paulus: *c* Abesse intelligitur pecunia fideiussori, si debitor ab eo relegatus sit creditori, licet is soluendo non fuerit: quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. Senatusque Conf. Macedonianum, *d* eum qui filiofamilias sine consensu patris crediderit, bonum nomen habere negat. Causam autem Senatusconsulto dedisse, Cælium Plotium fæneratorem Alexander ab Alexandro *e* au ctor est: eò quòd T. Veturium nexum & addictũ ob reliquum fœnoris non soluti stuprare uoluit, & uerbere affecit. Quanquam nec id Vlpiano aduersatur, *f* qui generaliter Macedoni causam attribuit, qui filiofam. nominibus incertis pecuniã credidit.

a l. si nomẽ. ff. de hæred. uendit. l. si plus. de euictio.

b lib. 1. c. 7. de re rustic.

c l. inter cãs. §. Abesse. ff. mãdati. l. 3. de fideiussor.

d l. 1. ff. ad S. C. Macedonia.

e lib. Genial. dierum 1. c. 7.

f d. l. 1.

didit. Accurſius, nomina incerta interpretatur cautiones incertas; Propterea meritò reprehenditur à Budæo, quem ſequitur Hotomanus *a* Iuriſperitorum Scientiſsimus. Is enim nomina uocat capita ſeu titulos, quos uulgò nos articulos appellamus. *Incertum b* alioquin dicimus ubi quid, quale, quantumvè ſit in obligatione ignoratur. Quam uocē plenius Bartholus *c* perſequitur. *Nomen* apud Vlpianum aliàs uidetur ambiguè dici, dum ait: *d* Si tutor rem pupilli palam emerit, dedit *nomen* non mala fide ſed ſimpliciter, ut ſolent honeſtiores non pati nomina ſua inſtrumentis inſcribi, ualet emptio. Quia an hic ſermo de nomine proprio intelligatur, conſpicuum non eſt. Nam etſi qui nomen dat creditori *e* quoddammodo ſeruus eius intelligitur: quòd nihil calamitoſius, aut indignius uidetur, quàm toties erubeſcere, toties frontem perfricari, fugitare, *e* mentiri, diſsimulare, nunc ſupplicem agere, nunc flagitare, palam appellari, digito uitari: & ut uno uerbo dicam, nunquam ſui iuris eſſe; Atque econtra, nihil debere omnium rerum fœliciſsimum, ut ait Græcum epigramma

Ευδαίμον πρῶτον μὲν ὁ μηδὲν οφειλω

&c. quæ Latinè ut ſubiiciam, ita ſe habent.

Fælix primum quidem, qui nihil cuiquam debet,
Mox qui uxoris expers: tertio, qui ſine liberis eſt.
Quòd ſi furens quis duxerit uxorem, gratiam habet ſi humarit
Statim nuptam, poſtquam dotem accepit uberem.

His tamen non obſtantibus, uidetur ad per-

a Inſtit. de liter. obligation.

b l. Vbi autem ff. de uerb. obl.

c l. Sed etſi patroni. ff. de condictio. indebiti.

d l. Pupillus. ff. de autho. tut.

e l. fideicōmiſſa. §. exegerit. de leg. 3. gl. accipere. & glo. l. 3. C. de Nouatio. l. qui teſtā. de teſtamentis. § 1.

f l. Fulcinius. ff. Quib. cauſ. in poſſeſ. eatur.

sonam ipsam referri, eò quòd ueteres per seruos suos potius, quàm seipsos contrahere *a* solebant; maximè honestioris loci: vel aliàs si fœmina sit, *b* quę propter sexus uerecundiam cœtibus hominũ non uersatur; aut religioni forte quis sit obstrictus; quòd *c* sępius in foro, quàm in choro uideri ordo religionis uetat, ut Diuus Hyero. in Epist. ad Heliodorum, scripta innuit.

Atque ideo ex sua persona mercaturam agere *d* veteribus parum honorificum habitũ sit. Sordidasq; artes qui exercebant ad consilia publica *e* non admittebantur: nedum ad munera *f* ecclesiastica. Atqui si id officii aliis demandaretur, atq; per alios agerent, *g* tùm non adeo uideretur probrosum. quòd pleraque per alios facere nobis licet, quæ ipsi facere non debemus. Tutor itaque, si quid à pupillo emat, quòd in eandem personam *h* emptoris atque uenditoris authoritas cõcurrere non debet, melius atq; rectius fecerit, si hanc rem per interpositam personam expedierit. Præterquam ꝙ officii pietas, *i* quæ utrunque de iure suo remittere uerecundè suadet, contentionis, necnon suspitionis *k* minus habebit, si ea causa per tertiam personam explicetur.

Qui autem relictum in testamento iubet, *ne de nomine suo exeat*, uidetur *l* de familia sua cogitare alienum enim uerbi sensum, pleniorem scilicet inducere, *m* minime hoc casu nobis erit consentaneum. Plautus in Persa.

Nomen atq; omen quãtiuis est pretii. Horatius.
Nomina sunt ipso penè timenda sono.

a l. Optimam. C. de cõ. stipul.
b c. 2. de Iudicijs. 6. l. 1. §. sexum. de postuland.
c Ne clerici, uel monach. 16. q. 1. c. si cupis esse quod diceris. ca. Placuit communi. Vide Ambrosium li. 3. de virginib. in medio.
d l. 2. C. de cohart. lib. 12.
e Arist. li. 3. polit.
f Eccl. 38.
g Com. c. 1. de uit. & ho. cler.
h Instit. de auth. tut. §. vlt. l. licet. ff. de pcu.
i l. 1. §. Quæ onerandæ. Quarum rer. act. arg. l. 2. de donat. inter uirũ. & uxor. l. Non solum. de ritu nupt. §. de uno.
k l. ut in conductiõib. ff. p soc.
l l. peto. de leg. 3. l. pater filiũ. § filiam. de legat. 3.
m Glo. l. ait p̃tor. de priuil. credit.

De

De nominis quoq; pulchritudine, multa Decius, Ripa, necnon, alii *a* diffusius tradiderunt, sed hæc tanquam otiosa & homini studioso minimè necessaria, libenter transeo,

Rei, Dicuntur autem *Rei* generaliter, omnes quorum de re disceptatur, ut Cicero *b* ait: atque consequenter appellatione rei, actor *c* continetur. Vsu tamen inualuit, ut Reus intelligatur, quem aliàs pulsatum in iure uocamus, interdum *d* fugientem, quòd litem subinde effugiens, *e* id negat, quod actor *f* petitione sua contendit. Alcibiades omnino litem auersans, quod quoque *g* in iure laudatur, aduersario cedere quam contendere maluit. Quapropter è Sicilia uocatus Athenas, ut se à quærelis accusatorū defenderet, venire recusauit. Qui cùm sibi uitio ab æmulis daretur, eo quòd patrię iudicium Ciuis reformidasset: respondit, imo se & matris magnopere pertinere, ne pro albo lapillo, niger suffectus uitam sibi in discrimen adducerat. proinde quouis modo vel etiam fuga *h* propter iudicii aleam ancipitem salute quærendam sapiētis existimauit. Quanquam in ambiguo *i* nocens intelligitur, qui litem effugit: qui tamen si absens litem perdiderit, non tam ratione causę, quàm contumaciæ *k* damnatus uidetur, propterea nisi manifestis probationibus conuictus fuerit, executionem sententiæ reuersus impediet, prout plerisque ui sum est.

Omnem, Ciuilem, Prętoriam, uel ēt naturalem; quòd uerbum generale *l* omnia continet. Cui tamen natura debetur,

a c.1.de iudiciis.
Timot.2.c.2.d. ibi, sine disciplina quæstiones:
b lib.2.de Oratore.
c l.1.de duob. reis constitutē.
d l.Properandum.§.etsi quidem.C.de Iudiciis.
e Glo.uerb. calumnia.l.in sūma. ff. de condict. indeb.
f l.solemus. de iudiciis.l. inter stipulantem.§. si Stichum. de uerb.oblig.
g l.Item.§.1. ff.de alienat.iud. mut.
h l. 1. de his qui mort. sibi cōsciuer. l.Qui cum.§. si libertus.ff.de bo. libert.
i c. Nullus dubitat. de pœn.
k Bar.l.si ideo. ff. de euictio.
l l. Iulianus: ff. de legat. 3. Gl.in Princip. de oblig.Inst.

debetur, propriè *a* creditor non est. Dictio, *Omnis b* nota est uniuersalis, quæ si in uno deficiat, officium suum perdit. Quapropter, verum est quod Iulianus *c* refert: Si liberorum, partim puberes, partim impuberes decessissent. Qui dixerit, *Omnes puberes decessisse*, perinde falsum erit, acsi omnes impuberes mortuos retulisset. Proditumq; *d* est, dictionem hanc, si numero plurium proferatur, collectiuè sumi. Vnde, qui dixerit, *Seruos omnes lapidem amouisse*, hoc infert, non quòd singuli singulum, sed omnes unum lapidem sustulerunt. Econtrà, si sermo de numero singulari concipiatur, ueluti, *omnis homo fert lapidem*, tùm accipitur distributiuè. Alciatus tamen *e* pro subiecta re, promiscuè capi, exemplis quibusdam propositis *f* nititur probare. Sed eius uerba hic recensere animus non est. Sanè, si lex Ciuitatis statuerit, suffragium Præfecti *aliorum omnium*, suffragiis exæquari, procliuius est, ut exæquatio *g* fiat reciproca, uerbumque generale, collectiuè intelligatur. Scripsit Pontifex, *h omnes, uel septem amplissimi ordinis sententiam ferre posse*: His uerbis, uidetur omnibus authoritas demandata, ita ut, si omnes, uel nolint, vel adesse non possint, tum septenario numero locum fore, iuris est non ambigui. Qua de re Bartholus *i* latius distinguit.

a l. creditores. infra. l. Debitor.

b c. si Romanorum. 29. dist. 50. Si cui omnes. ff. de leg. 1.

c l. si is qui ducenta. §. Verbi. de reb. dub.

d Bar. l. Hoc articulo, de hæred. instit.

e li. 12. parerg. c. 1.

f l. in executione § in solidum ff. de verb. obl.

g d. l. 1. de legat. 1.

h l. Hæredes. § pet. ad S. C. Trebell.

i d. §. peto.

Verbum, ex legibus, sic capiendum est, tam ex legum sententia, quàm ex verbis.



VOD aiunt mentem legis *a* id efficere, quod uerba & mens; cùm *b* scire leges non sit uerba earum, sed uim ac potestatem tenere: id eò pertinet, quia si mens legis omittatur, quæ *c* tāquā anima pars eius est potissima, nihil constituitur. Hinc beatus Hieronymus, *d* Nō in uerbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonū folliis, sed in radice rationis. Et Iulius *e* Paulus noster, Non figura literarum, *f* sed oratione, quam literæ exprimunt, obligamur. Hæc tamen ita intelligenda sunt, ut sine uerbis nulla lex effingi possit, non magis quàm si quis *g* obligationem literarum, *h* contractum, uel *i* testamentum solemne, quæ ut perficiantur scripturam necessariò requirunt, sine uerbis, aut tabulis mente sua, quis conceperit. Fereque dicitur, id dictum scriptumvè uideri, quod *k* uerba significant. Nam qui aliud dicit, quàm uult, neque id dicit quod uox significat, quia id non uult; neque id quod uult, quia id non loquitur, ut apud eundem Paulum *l* relatum est. Imò generaliter uerum est, donec ratio manifesta appareat, uerbis *m* edicti quàm religiosissimè insistendum.

Quapro-

a d l. Non dubium. C. de legib.
b l. scire. ff. de legibus.
c l. ult. ff. de bonis dam. l. Titia. §. Lucius. l. Sēpronius Astalus. de usuf. legat. l. cum uirum. C. de fidei com.
d c. Marchio. 1. q. 1.
e l. Non figura. ff. de actio. & oblig.
f l. 1. in princ. ff. de his quæ i test. de.
g Inst. de oblig. liter. §. ius scriptum.
h Inst. de emptio. & uend.
i Inst. de testam. ordinād.
k l. Labeo. ff. de sup. legat. Roland. à Valle, consi. 6. uol. 4. nu. 1.
l l. 3. de reb. dub.
m l. 1. de exercit. act. l. Non aliter. de legat. 3. l. si alij. ff. de usufr. legat.

Quapropter, quod scire *a* leges, non esse uerba earum, sed mentem, vim ac potestatem apprehendere, supra dixi, nihil nocet: quia respondi, dictionem (ut uocant) taxatiuam in ea orationis figura necessariò subaudiendam. Nam certè hoc uerũ est, quòd legis uerba tantum perdiscere, legis ipsius cognitio nõ est; vnde Iurisconsultus in hoc sermone *b* Non enim solutio est hæreditatis restitutio, sed & successio. subaudire uoluit uerbum limitatorium. *tantum*: sicut etiam Martianus, *c* Sed & non soluendę omnis pecuniæ causa, uerum etiã de parte eius. & *d* alibi: Inuitum autem in seruitutibus accipere debemus, non eum qui contradicit, sed eum qui non consentit. cum aliis passim *e* sexcentis, quibus subauditio taxatiua fit, quæ cum ex Accursio, Bart. cęterisq; *f* percipere licet, referre est ociosum.

a d.l. scire.

b l. Non enim. ff. ad S.C. Trebell. Bar. l. Qui a uẽ. de const. pecu.

c l. Rer. ff. de pig.

d l. inuitum. ff. de seruitut.

e l. ul. de edil. edict. l. lex Cornelia. § Domũ. de iniurijs.

Si quis nihilominus obiecerit, ipsam legis rationem ab ipsis uerbis, quàmmaximè nonnunquam dissentire: atque inde, *g* manum medicam ex intellectu legis non contineri, quæ uerbis expressis cauerit, ut qui sanguinem alicui excusserit certa pęna teneatur: Dico, per uerba tamen ipsa, & propter uerba adhuc legis ipsius sensum deprehendi. Nec id exemplo caret, quia eo ipso ꝙ quis rem suã esse dixerit, palam est, *h* inferri, rem eam alterius non esse: licet ex figura uerborum id manifestum non apparet. Sicuti etiam, si lex uel uoluntas defuncti iubeat, aliquem hæreditate ex certa causa priuari; nonne consequenter uidetur *i* eam alteri detulisse, licet certus nemo ad successionem uocetur.

f dd. l. 1. Quorum bonorum.

g Bar. l. Non dubium. C. de legib.

h l. Sed etsi possessori. §. 1. ff. de iureiur.

i Bar. l. Pater fa. num. 7. ff. de hered. instit.

cetur. Vt meritò, ex præmissis constat, legem eam dici, quæ sola in mẽte hominis, nõ in uerbis tantũ nudis uersatur; neq; id alia de causa euenire, quàm quod mens eius dictis præponderet. Siculusque Poeta Epicharmus, *a* cuius meminit Aristoteles incerto authore, id uisus est his uerbis ostendere dicens:

Mens videt, mens audit, alia sed sunt cæca.

Quapropter tam legis sensum, quàm uerba ad orationem constituendam, quæ utrunque complectitur, etiam coniunctiuè requiri *b* ex contextu nostro defendi potest: licet in hunc diem pleriq; omnes contrarium colligunt.

Ex legibus, Verbum anceps directò & indirectò accipitur. Hinc, cùm dicimus, mutuum dicitur, quod ex meo tuum fit, etiam si quid tibi numeretur meo iussu, licet meum non sit, mutui *c* contractus celebratur. Syllaba, *Ex*, regulariter, *d* proximam atq; adiunctam causam significat; dictio autem *propter* causam remotam. Quanquam contrarietatis uitandæ *e* causa, uel ne quid absurdum inducatur: uel cum aliter perspicua sit uoluntas, ab ea interpretatione recedimus. Quapropter, *f Ex testamentò* debitum dicitur, quod prius ex causa legati in testamento relictum fuit; licet postea innouatione iúre debeatur. Legeque dicitur hæreditas *g* obuenire, quę nobis *ex* testamento defertur. lege enim 12. tab. testamenta confirmantur. Pertinet ad hanc rem quod Baldus *h* quærit. An ex meo corpore natus intelligitur, qui ex filia nascitur.

a Arist. Probl. c. 33. Sectio. 11. Plutarch. li. de fortuna Alex. 11.

b d. l. Non figura. de act. & ob. Bal. l. legem. C. locati.

c l. 2. de reb. cred. l. singularia. eo.

d l. eo tẽpore. ff. de pet. §. ult. l. 1. §. ex incẽdio. ff. de incẽd. ruina.

e l. 1. C. si seruus exp.

f § Hæres. l. Cum filius. de legat. 2. l. si ita scripsisset. de condi. & dem.

g l. lege. infra.

h l. 1. C. de cõdi. insert.

Quod quidem uidetur, nisi qualitas rei aliam desideret interpretationem. Nam qui filias instituit in partibus: filios autem simpliciter: demum inuicem eos substituit, si sine liberis decedant, natus ex filia substitutos non uidetur excludere; quia cùm fœminis, in institutionis causa, masculinum genus prętulerit, uix *a* est, ut non uideatur in substitutione præposuisse. Meritoque uoluntas *b* testatoris in primis spectanda est. Accipitur hæc particella *ex*, pro, &, *inter*, *intra*. *Ex bonis c* dicitur, quod nobis debetur. cum verò quid possidemus, propius est, ut *in bonis* esse dicamus.

a l. Publius. ff. de cond. & demon. §. 1. l. lucius. ad Treb. ubi Bar.

b. l. in conditionibus. de cond. & dem. l. fidei commissa. §. 1. si quis. de leg. 3

c §. ult. Inst. de ui bo. rapt.

PAVLVS LIBRO SECVNDO AD EDICTVM.

LEX XLVIII.

Sponsio appellatur, non solùm quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissioque.

SPONSIONEM de integra stipulationis forma & solemnitate, hic intelligi, pręter receptam sententiam, Alciatus contendit: eò quòd Vlpianus lib. primo ad Aedictum Curuliũ ait: *d Dictum* uerbotenus, accipi: *promissum*, autem, ad nudam promissionem uel pollicitationẽ, seu sponsum referri: atq; secundum Accursium *e*

d l. sciendum. §. dictum. de ædil. edict.

e verb. sponsũ. d. §. dictum.

Sponsum

Sponsam stipulationem interpretatur. Mihi tamen contraria sententia, quæ quidem interpretibus nostris probatur, ex eodem uerborum contextu sūpta videtur, modò prioribus sequentia uerba adieceri mus, cum alioquin uulgò dicitur, rem ualde *a* inciuilem esse, nisi tota lege perspecta, de parte aliqua eius iudicare. Vt ergò rem paucis expediam, ego animaduerto prioribus uerbis incontinenti, nullo interstitio, nulloque uerborum curriculo interposito, subdi, *b* *Secundum quod incipit is qui de huiuscemodi causa stipulanti spopondit, etiam de stipulatu posse conueniri.* Perinde, ac si diceret, nisi prius facta sit sponsio, seu interrogatio, cui stipulatio adiecta fuit, non uideri stipulationis contractum celebratum, nec stipulationis nomen hoc negotium demerere. Sed tum propriè, cum stipulanti quis spoponderit. Adeò ut, non tam communi sententiæ hæc uerba refragantur, ut ille alioqui legum, uerborumque acerrimus iudex arbitratur, quàm suffragantur, si æqua lance trutinentur. Et quanquam uerum sit, sponsalia dici, ex eo quòd *c* ueteres per stipulationem & sponsionem ea contrahere consueuerunt, quod utique tam *d* ex Seruio Sulpitio, quàm Vlpiano, Plautoque *e* & aliis apparet, ita ut de illa Pomponii solemni stipulatione actum uideatur; tamen, ut Vlpianus *f* innuit, nudus consensus hodiè sufficit ad sponsalia constituēda. Et Florentinus *g* Iurisconsultus sponsalia definiens, ait: quòd sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. Quæ uerba *mentio* (*pro μνηστεία*) *& repromissio*, ut sunt latiora; ita ad stipulationem

a l. inciuile ff. de legib.

b d. §. dign.

c l. 2. de sponsal.

d Gell. li. 4. c 4.

e in Aulular.

f l. sufficit. ff de sponsalib.

g l. 1. de spō. sal.

restringi non possunt: quia possit repromissio fieri absque interrogatione, cum partes inuicem repromittant. Et nuptiarum tractatus haberi sine stipulatione. Quod prudens rerum, atque legum indagator, per se facile arbitrabitur. Et Nonius quoque, (si quid hoc ad rem pertinet) inter speratam, dictam, pactam & sponsam, discrimen constituit, quod virgo postquam petitur sperata dicitur, deinde promissa, dicta uel pacta: nec a spōsa pactam disiungit.

a l.3. de alea. l. si gratuitam. § fi. de praes. uerbis.

Certè obscurum non est, in iure passim *a* sponsionem accipi, ubi quid pignoris causa apud arbitrum, iudicemvè deponitur, ea lege dicta, ut nisi secundum eum pronunciatum fuerit, qui contendit depositum amittatur. Cuius apud Valerium Maximum *b* extat his uerbis, solemnis formula. Q. Valerius (inquit) sponsione Luctatium prouocauit, non se petiturum triumphum, nisi suo ductu Punica classis esset oppressa: nec dubitauit Luctatius restipulari. Itaque iudex inter eos conuenit Attilius Calatinus, apud quem Valerius egit, in hunc modum &c. Et Plinius lib. 7. Asclepiadem inducit Fortunæ spondentem, ne medicus haberetur, si unquàm inualidus esset.

b c.3. li.2. Vide Exod. c. 8. c.

c l.1. C. de suf frag.

d l. Si quis. C. de donatio. l. licitatio. de publican.

Quod hercle ad Constitutionem Principalem *c* attinet, qua spondens astringitur pręstare suffragatori id quod uerbis promiserat, atque ideo uideri sponsionem in se uigorem stipulationis continere, ut Alciatus perhibet: id eò fit, quia lex *d* contractui uires atque effectum suum benignè porrigit, & (ut verbis vtar interpretum) ui caloreque Constitutionis ꝓcedit, quæ fingit stipulationē uere

rè intercesſiſſe, quæ aliàs nuda, atque ſimplex promiſſio fuit. Et rectè, ne alioquin operam, atque induſtriam ſuffragatoris mendax præcator, atque ingratus eludat, qui quod uerbis officiosè, *a* ſponteque promiſerit, id re præſtare inofficioſe abnuerit. Quod quidem ſummam habet æquitatem. Sæpeque etiam in aliis cauſis iuris euenit, ubi ſimilis cauſa maiorq; ſubſit, ut ſolemnis uerborum obligatio, quæ *b* reuera celebrata non eſt, contracta uideatur: quod quidem hic uerbis numeroſis perſequi operæpretium non eſt. Accedit quoque quòd verbum, *Placitum*, generale conſtitutionis ipſius tenore conſcriptum, omnem *c* conuentionem, uel etiam à ſeruo initam *d* complectitur, ita ut ad ſtipulationis cauſam, tàm ſolemnem reduci oportere, ut opinor, nemo adiiciet.

Verbum autem *Reſpondere*, quatenus, & ipſum intelligitur, ſubiicere non erit alienum. Finge, hæredem à teſtatore rogatum, ut creditoribus ipſe *Reſponderet*, an æs alienum redimere his uerbis teſtamenti uideatur grauatus, quæri poteſt. Quod utique *e* uiſum eſt: cum effectu enim uerba, *f* vt quotidiè dicimus, capienda ſunt. Qui autem in iure, ſe paratum dixerit *Reſpondere*, liti adeſſe duntaxat promiſiſſe intelligitur. Cicerò in Verrem Act 4. Citatus accuſator M. Pacilius, quo caſu non reſpondit, non affuit: id eſt, defecit cùm pronũciatum ſit. Reſpondet liti, qui *g* toto iudicio ſiſtit, nec niſi venia impetrata ante negotii definitionem ſe aliò confert. In aliis autem cauſis quæ fidem bonam magnopere non requirunt, qui ſtipulanti for-

a c. 3. de pactis.

b l. Cum oſtẽdimus. §. ult. de fideiuſſ. tut. l. Qui patitur. ff. mandati. l. cum quid. de reb. cred.

c l. 1. de pactis. l. 1. de cond. in fl. t. §. Quod Principi. de iure natur. gent.

d l. Vix. ff. de Iudiciis.

e Bar. l. Hæreditatem. de donatio. l. Quæſitum ff. de acq. hæred.

f l. His verbis. §. Alumno. de leg. 3.

g c. 1. de Iudiciis. l. 2. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ.

tè promiserit, circa id quod agitur, *respondere* se paratum: uix est ut hoc uerbo, necessitate soluendi reus teneatur: quod etiam prę ter nos Baldus *a* existimat.

Promissioque,

Alciatus hoc uerbū arbitratur adiectū ad maiorem declarationem. Nam, cum stipulatio in textu praecedens, in se omnem interrogationē, promissionemque contineat: quod satis demonstratur, ex integro declarare, *b* atque exprimere, otiosum esse duxit. Ipse animaduerto (quod quidem ab eo notatū est) *stipulationis verbum* quandoque pro simplici interrogatione *c* accipi, ut saepissimè in iure uidere est: ita ut, cùm mysterio additum uerbum promissionis, quod omnem dubitationem tollat, res ipsa docet. Etsi proditum est, *d* verbum *Promissionis*, si in scriptis simpliciter proponatur, quo casu tum *e* omnia cum debita iuris solemnitate uidentur celebrata, stipulationis causam integram continere: maximè si aliàs quod agitur, nihil operatur; alioqui secus. Sed etsi ab homine imperito stipulationis uerbum proferatur, idem erit, ut Bartho. aliique scripserunt. *f* Si testis imperitus affirmet, *Titium promisisse*, atque incontinenti subiecerit, *per stipulationis modum*, non tamen propterea stipulationem contractam probari, Paulus Castrensis *g* docuit.

a l. 1. de i ius vocand.

b l. 1. §. si quis morti. de dote praeleg.

c Glo. stipulationum. §. in hac de. ver. obl. Gl. stipulatus. §. praeterea. quib. mo. lit. coll. obl. l. i bonae fidei. de eo quod certo loco. l. si debitor, de cōtra. hen. empt. l. Magnam. C. de cō. stipul. Priscianus. lib. 5.

d dd. Rub. de verb. ob. l. 1. C. de cōtr. uel cō. stipu. Bar. l. 1. C. de vsur. Romanus. l. lecta. si cert. pet. dd. l. sciendum. de verb. ob.

e Cacialup. tractatu de pactis. q 4.

f d. l. 1. de usuris. Romanus. l. lectis.

g §. Quod ferè. ff. de pactis

IDEM LIBRO QVARTO AD EDICTVM.

L. L X VIII.

VErbum, oportebit, tam præsens quàm futurum tempus significat.



TRIA tempora potissimum in omnibus rebus constituendis obseruari, nemo est, qui nesciat. Vel enim præsens tempus, quo res ipsa subsistit, inspicitur: vel præteritum, à quo res suam originem sumpsit: uel certè futurum, quo ipsius fit dissolutio. Ad cuius uerò imitationem iuris interpres Accursius, *a* hominis statum considerans, tribus uirtutibus principalibus dotari prodidit: Memoria nimirum præteritorum, scientia extantium, necnon eorum quæ sunt futura, prouidentia, quam quidem Stoici mentem mundi tanquam Deum appellarunt, ut Cicero 2. de natura Deorum docens author est. Vnde Fab. Quintilianus eodem intuitu, uisus est dicere: Nihil præstantius homini dedit Prouidentia, perinde ac si numinis loco habenda esset. Chrysippus quoque, librum, ni fallor, de prouidentia composuit, qui uulgò inscribitur περὶ προνοίας.

Præsens tempus, quod quidem tacere nolui, Leonina effigie Aegyptii exprimebant, quòd sicut inter animalia bruta Leo obtinet omnium principatum,

Apoc. 4

a Gl. Prouidentia. proa. In stit.

tum,

tum; ita tempus præſens aliis quàmmaximè præſtat: eò quòd propriè id quod euanuit, atque labitur, ſicut etiam quod nondum eſt, nec eſſe uerè intelligitur. Vnde canit Poeta.

Quid mihi cum fuit, aut erit, eſt valet vnum,

& iterum. *a*

Omne futurũ deſpicitur, ſuadétq; ſui præſentia fructũ:

Ad præsẽs oua, cras pullis sũt meliora, & Eccleſiaſtes

Melior canis viuus, Leone mortuo.

Tempus autem Præteritum, capite Lupino uoracisſimo ſignificabant, quandoquidem rerum geſtarum memoria fragilis *b* atque caduca facile dilabitur. Effigies uerò canis blandientis, futuri euentum præ ſe ferebat, de quo licet incerta nobis ſpes promittitur. Hinc, ſpes alit artes, nec niſi meliora ſperans officio quis raró ſuo libẽs permanet.

Spes bona dat vires, animam quoque ſpes bona firmat.

Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Temporis uſum hic nobis promiſcuum eſſe oſtẽdit Iuriſconſultus, dum ait, uerbum *Oportebit*, tàm præſens, quàm futurum continere. Vnde Pontifex, *d* vbi reſcripto uacaturam dignitatem alicui conferendam duxerit, ea collata uidetur, quæ tùm vacabat, licet id ignouerit. Maximè ſi perſonæ qualitas hoc inducat, quòd *e* is cui confertur eminentioris diſciplinæ dote ſit præditus, uel forte iure *f* neceſsitudinis ſibi obſtrictus. Cui tamen non temerè Eccleſiæ munia *g* niſi præcatus conferre ſolet. Similiter, ſi lex uerbis utatur prægnantioribus: veluti cùm aliquem ad ſucceſsionem eius uocauerit, qui inteſtatus moritur. *Moritur* verbum pinguius

a Glo. l. cũ hi. ff. de tranſact. Parabol. c. 3.

b c. 9. b

c l. peregrè. ff. de acquir. poſſ.

d Glo. poſtmodum. c. Si poſtquam. de præbend. 6.

e c. De multa. de præben.

f Arg. l. cum alienam. C. de legat. Glo. ub. l. Quintus. de au. o leg. Corn. conſi. 103. li. 4. nu. 5. Decius conſi. 69. nu. 5. Arg. l. Plerũ. § Equitij. de uſu. & hab.

g c. Fleat. de pæn. diſtin. 1. glo. vlt.

pinguius accipimus, scilicet, παρατατικῶς, ut *a* inquit Vlpianus: quia quandocunque moriturus sit, successio defertur. Licèt de legis mente, & eius uiribus circa hanc causam, sequentibus, cætera breuibus adiiciemus.

a l. 1. ff. unde legit.

Præsens, Scilicet extans: Nam, secundum peritiorum sententiam, *b* qui de literis latinis præclarè meruerunt, Instans tempus non satis Latinè de tempore præsenti dicimus. Quanquam ita Fab. *c* Quintilianus, Tacitusque loquuntur. Et Vlpianus: *d* Metus, inquit, est instãtis, uel futuri periculi causa mentis trepidatio: quibus futurum ab instanti distinguens, uidetur aliud nobis innuere.

b Ignatius, Martianus Capella.

c lib. 5. c. 10. Institutio.

d l. 1. Quod met. cã.

In dubio, sermo simpliciter prolatus, de præsenti *e* intelligitur: cuius dies, & cessit *f* & venit. Traditum est, si lex in præsenti sermone scripta sit, cuius quidem proprium *g* est futuris negotiis formam tribuere, ad futurũ duntaxat referri. At, si ita scriptum fuerit, *Qui proscriptus est*, centum solutis, in Ciuitatem recipiatur, uel (ut uerbis Bartholi insistam) in Ciuitatem restitui debet; ne facilitas ueniæ seu indulgentiæ, delinquendi ansam occasionemve præbeat, de iam proscripto legem intelligendam Bartholus *h* sentit. Ipse ex ui uerborum procedere legem non difficulter defenderem, quòd uerbum hoc, *Proscriptus est*; *Bannitus est*, (hoc enim uerbo utitur *i* Federicus Imperator,) tã præsens quàm præteritum continet. sicuti cum dicimus *k Titius solutus est ab obligatione: Troia capta est*: quia hic sermo de præsenti tempore intelligitur.

e l. Eum qui. §. ult. de uerb. oblig.

f l. Cedere. infra.

g l. leges. C. de legib.

h l. Cũ lex. ff. de legib. l. conuenire. de pact. dotal.

i Auth. Item nulla C. de epis. & cle.

k l. Verbũ erit infra.

tur. Nec impedit, quod uerbum, *Debet*, si quis uerbis Bartholi relatis innitatur, hominis statū præsentem denotat: quia licet id uerum sit, tamen negari non potest, quin restitutionis, non proscriptionis tempus afficiat.

a l. Sepulchri violati. ff. de Sepulchr. uiolat.

b l. Nemo. de Sacros. eccles. l. Seruo alieno. ff. de leg. 2. §. fi. l. qui tam. de conditio. in Tit.

c c. Quicunque de hæretic. 6.

d l. labeo. ff. de aqua plu. arcē.

e l. si ita quis. de leg. 2.

f l. cum illud. ff. Quando dies legati ced.

g l. Qui id quod. ff. de donatio. l. cum filius, §. hæres. de lega. 2. l. 3. C. ad S. maced.

h l. Si pluribus. ff. de leg. 2. Authen. si quando. C. de cōfiss. pe.

Quod si ita lex concipiatur, *a Qui facit quo minus sepeliatur*: pp religionis *b* uotum quæ mortuos uetat domib. suis exturbari, exceptis iis casib. quibus *c* iure permissum est: qui sepultum extumulat, pœnæ legis placuit esse obnoxium. Et regulariter, ubi Prætor uel testator uerbo utitur, quod significationem recipit uberiorem, futurum tempus complectitur. Inde uerba Edicti: *Si aqua pluuia noceat*, interpretatur Labeo, *d Si nocere poterat*. Et alibi, *Cōmittunt se Pretori*, id est, se committere possunt. Pari modo, si testator scripserit, *Titio lego quantum capere pōt*, eò ꝙ uerbum *potest*, *e* ad omne tempus se extēdit quo capax efficietur is cui relictum est: hic sermo, ad quodcunque tempus, etiam de futuro, ut ait Iurisconsultus, se habebit. Atque hoc idem obtinet, si legatum aliàs inefficax redderetur, quod relinquitur: *f* puta, quia in testamento suo testator legauit, *quod Titius debet*, etsi a Titio exigi non possit: si tamen ab eo solutum, possit retineri, *debet*, interpretabimur, pro eo quod nomine debiti soluetur. Sicut econtra; interdum ad id, quod fuit sermo *g* retrotrahitur, de quo aliàs supra commemorauimus.

Extensio etiam fit, si sermo prolatus, sit indeterminatus, vel indefinitus, quia sicut *h* ad personam quamcunque, ita ad omne tempus porrigitur. Veluti

luti, ſi in emptione prædiorum actum ſit, *ne luminibus officiatur*: quia futura *a* quoque lumina hic ſermo continet.

Si ſermo tam futuri, quàm præſentis temporis habet inſignia, minus habet dubitationem. Quapropter, ſi dictũ fuerit in teſtamento, *b Si non ualet ut teſtamentum, valebit, vt codicilli* (ſic enim concipiuntur, ut uocant, clauſulæ codicillares) teſtamẽtum eius per agnationem poſthumi ſemel ruptum, atque irritum, poſtea, vt codicilli non ualebunt, quia ſemel extitit teſtamentum ualidum, & perfectum. Secus ſi ſubmiſit, *ſi non ualet uel ualebit*: quia plenius hoc uerbo cautum omnes ferunt.

Si renunciatio facta ſit de eo quod *quis habet, uel habere ſperat*: an futurum tempus hæc clauſula reſpiciat, qõnis eſt. Quod quidẽ *c* quatenus id continet, quod inſpectionem præſentis ſtatus habet, uerius eſt: ſiquidem ad aliam rem quæ extrinſecus obuenit, niſi adiectum fuerit, *& quod in futurum euenire poſſit*, non porrigitur; *d* quamuis de hoc quoque, non obſcurè ambigitur.

Futurum, Sicut econtrà, *e* futurum præſens nec non præteritum continet: licet uerè, qui petere uult, *f* non dum petiiſſe dicitur: nec dediſſe, *g* qui dare promiſit. & quanquam Bartholus ait, qui teſtamẽto his verbis ſubſtituit, *h ſi hæres prædia alienabit*, coheredem: alienandi voluntatem ab hærede patefactam, ſatis eſſe, ut ſit ſubſtitutioni locus: tamen ſecus eſt, ſi ita ſcriptum ſit, *ſi hæres alienauerit*, qui ſermo eſt reſtrictior, ita ut ſerò ſit prohibitio alienationis, eo tem-

a l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. urb. prædiorum.

b Bart. l. 1. ff. de codicillis.

c Bart. l. poſt emancipationẽ. de lib. legat. l. Qui Romæ. ff. de uerb. ob. ubi idem Bar.

d Bar. l. 1. ff. de pact. l. Qui tutoribus. §. 1. 2. de tranſact.

e l. Plotiana. ff. de codicill. l. cũ delatoris. §. Sabinus. de fundo ĩſtruct.

f l. Amplius. ff. rem ratam. c. Quia. de priuile. l. Titia cũ teſtã. de leg. 2.

g Bar. l. iam tamẽ. §. nũc. ind. ſolui. l. Prætor. § ſi quis. de no. op. l. intra illã. de pact. gl. l. cõſenſus. ff. de actio.

h Bar. Glo. l. filiusfa. §. Diui. de legat. 1.

pore *a* quo per alienationem factam iam dominium rei fuerit in alium translatum. Rationem differentiæ aiunt, *b* quòd cum præterito perfecto hæc terminatio, *Alienauerit*, quàm maximam habet necesſitudinem: quam rem alibi ſuo loco plenius attingemus. *c* ut verisſimè dictum ſit, futurum tempus, non niſi per interpretationem de præſenti, uel præterito dici.

Nec nocet, ꝙ fortè teſtis depoſuerit, ſponſum, & ſponſam, his uerbis uſos eſſe, in contrahendis nuptiis, *Habebo te in uxorem*: aut, *ducam te in uxorem*. Quia pro matrimonio, *d* cuius cauſa *e* eſt fauorabilis, putarem eſſe pronunciandum: etſi Commentator *f* Pontificius de altero uidetur dubitare: Alioquin, ubi cauſa nulla ſubſit, uerbis propriis ſtandum erit. Proinde, ſi lex ſtatuerit, ne is in bonis defuncti ſuccedat, qui uitam monaſticam ſit *profeſſurus*; etſi de clericis ciues *g* ſtatuere nō debent, tamen, quòd lex loquitur de eo qui nondum profeſſus ſit uitam religioſam, uim ſuam obtinere Bartholus *h* ait. At ſi ſcripta ſit in hæc uerba, *Qui vitam monaſticam ſit ingreſſus*, ſecus erit: quia temporis cauſa, perſonarum quoque cauſam *i* diſtinguit. licet alii, ut refert Alexander, contra ſentiūt: qui ſimpliciter negat legem hanc ualere. Quid ſi ita uerba concepta fuerint, *lego centum in dotem mulierum, quæ viduæ fuerint*. Crebrior eſt ſententia, *k* ut de præteriti ratione, interpretatio ſumatur, non quidem de his quæ futuræ ſint uiduæ: ne, ut aiunt, in infinitum res deducatur: imo de aduerſa hoīs fortuna ſperare, ut ille ait, neque ciuile neque natura-

a l. Stichus ſeruus. de manu. teſtamento.

b l. ſi quis ſtipulatus fuerit. ff. de verb. obl.

c l. ver' ū erit. īſra. ubi Alciatus.

d Hoſtien. c. 2 de cognat. ſpiritual.

e l. Quod Seruius. de cōd. indeb.

f c. ſi quis. 30 q. 5. Abb. c. ex parte. c. pen. de ſponſal.

g Auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccle. c. Imperator. 96. diſtin.

h l. vlt. C. de pactis.

i Glo. amittit. l. Arborib. ff. de vſuf. Alex. l. Stipulatio hoc modo. de uerb. ob.

k l. Quominus. ubi Iaſon. ff. de flumi.

turale est: licet *a* Bartholus contrà.

Si actum sit de retentione dotis, sub conditione, *Si uxori defunctæ, filij supersint*: quòd filiorum tam posteriorum, *b* quàm anteriorum conditio hodie sit adæquata: putarem, tam de natis, quàm nascituris, capiendam occasionem, ut apud maritum dos *c* omnino permaneat.

Si omnia bona tam *præsentia quàm futura scripserit*, qui postea eadē uēdiderit: tùm ꝙ pretiū *d* loco rei succedit, de quo testari possit, uēditio ualet. Aut hæc clausula profertur circa donationem bonorū, quæ testandi liberam facultatem impediat: & tùm *e* calculo frequentiori donatio non subsistit. Excepto, quòd si quis ecclesiæ donauerit, uel aliàs donationis causam iuramento roborauerit, prout quibusdam *f* uidetur, quia tum secùs obtinet.

An uerò futurum tempus *g* se habeat ad proximum, uel remotum, ēt controuertitur, pleraque his simillima, sicuti, an negatiuè, uel affirmatiuè cōcipiatur: in causa ciuili, an in criminali: sed de hoc plenius seq. differetur. Hoc utiq; tacendū non est, quòd si à lege *h* proferatur, non statim effectum suum porrigere, sed iudiciali cognitione indigere: ueluti, cùm dicitur, iure suo cadat, excommunicationis censuræ subiicietur: atque id genus alia.

a Hoc articulo de hære. l. inst. n. 2. l. Demonstratio. § quod an em. nu. 3. de cond. & dem.

b §. Quib. Instit. de hære. quæ ab intest. defer. l. non solum. §. le un. de ritu. nup.


c l. si inter. de pactis dotalib.

d l. Imperator. de leg. 2 §. ui.

e Alex. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. obl. f. Abb. consi. 1 2. col. 2. Angel. l. Iulianus. de Acquir. hæredit.

g Bar. l. suus quoque de hæred. instit. §. Sed etsi. nu. 3. l. 2. de uer. leg. l. . eod. Bar. l. 3. de adimend. leg.

h l. Extat. ff. Quod met. cā. vbi Bart.



Verbo Actionis, non continetur exceptio.

a Inst. de Actionib. §.1.

b l.2. de excep.

c l.2. de orig. iur. § Deinde.

d Abb. Rubr. de exceptio. Gl. l. Qui æquitate. ff. de doli exsept.

e l. Hæc uerba infra. ca. Si n. de pæn. dist. 2.

f l.1. de edendo.

g l. Qui in alterius. de regu. iur. l. fi. C. de edendo. l. Qui acusare. eo.

h Bar. l. Qui concubinam. §. cum ita. de leg. 3. l. Nimis graue. C. de testib.

i l. Extat. Quod met. cā. l. si quis in tantā. C. unde ui.

k Bar. l. 1. de ex cepti.

l l. fi. pœnæ. de condict. indeb.



CTIO, cùm sit ius *a* persequendi in iudicio quod sibi debetur: exceptio *b* verò actionis ipsius sit exclusio. Item actio, *c* cùm sit formula solemnis introducta à iure ciuili, exceptio, ut aiūt, *d* ex principiis naturalibus propagata: meritò, Actionis uerbo, exceptionem non aliter contineri dicimus, quam noctē, *e* quæ lucis sit priuatio, appellatione ipsius dici. Quapropter, cum Prætor *f* edicto suo iubeat, eum qui agere uolet actiones edere, ut aduersarius sciat, utrum cedere, an ultra contendere debeat, non protinus ad exceptionem uerba edicti referuntur, q̄ aliud sit actio, aliud exceptio, quæ, ut diximus, ipsius actionis sit exclusio. Qui autem *g* agere constituit, uires suas debet prius diligenter explorare, nec de domo aduersarii arma *h* expetere, cum sit hoc inciuile. Quibus id quoq; accedit, quod constitutionibus Diualium *i* Principum introductum est, ut qui rem suam à debitore non iure, sed ui eā eripiat, ab actione cadat: Non propterea *k* consequens esse exceptionibus legitimis, quibus se tueri possit reum cariturum, sicut hic Ioā. Brechæius Iurisconsultus retulit, & omnes sentiunt. Atque ad hoc probandum talem ex Pomponio *l* speciem afferunt. Vbi debitor, pœnæ causa liberatus ab actione creditoris, nihilominus si quod debuit soluat creditori, repetens, exceptione excluditur; cum non idem sit actione priuari, & exceptione carere, q̄ ut superius dictū sit, exceptio actionis sit exclusio nec se inuicem cōpatiuntur. Tamen negari

nō pōt, verba Constitutionis seu decreti D. Marci, generalibus uerbis ubiq; esse concepta. Interdum enim ita se habent, *a* *Qui rem debitam sine iudice possederit, ius crediti non habebit.* Alibi, *b* *Dominium rei amittat*. Et Iustinianus lib. 4. Institutionum *c* ferè hæc eadem uerba inserta habet. Ad hæc, regulariter dicimus, secundū edicti formam, uerba *d* decreti seu Constitutionis esse exaudienda. At Prætor edicit simpliciter, *e* *Quod metus causa gestum est, ratum non habebo*. Quę uerba, *Ratum non habebo*, ita ipse cum Vlpiano perpendo, ut *f* omnem obligationem, actionem, atque exceptionem uel quamcunque retentionem comprehendāt, cui etiam Pontificum constitutiones *g* suffragari uidentur, quę iniusto detentori necessitatem restituendi imponunt.

Nec propterea magnopere nos commouet, id, quod ex Pomponio, *h*, qui aliter sentiunt, inducunt. Quia licet pœnæ causa actio quandoque sit sublata, tamen non per hoc debitor *i*, in his quæ causam habent odiosam omnino liberatur. Nam ut ex S. C. Macedoniano apparet, quo creditor *k* actionem perdere iubetur, qui filiofa. patre inuito crediderit, nę ære grauatus alieno, necem patri machinaretur, aut aliàs, ut nomen redimat, turpi quæstui uitam addiceret: solutum tamen retinet, atque tuetur, id est, *l* & exceptionis ope conseruat, & actionis iure amissum recuperat. At secùs in his, quæ causam habent fauorabilem, *m* Quia cùm Velleiano Senatusconsulto *n* mulierum intercessionibus succursum sit, non solùm tu-

a d. l. extat. l. creditor. C. de pignorib.
b l. si quis in tantam. C. unde ui.
c de ui bo. rap. §. ult.
d Bar. l. non solum. de lib. leg. l. Imperator. ff. de in diem ad.
e l. 1. Quod metus causa.
f l. Metum §. Sed quòd. ff. quod me. ca. Bar. l. sequitur. §. si uiam. nu. 4. de usucap.
g c. redintegrandæ. 3. q. 1. c. in literis. de restitutio. spoliat.
h d. l. si pœna.
i l. si pater. §. ul. ff. ad S. Macet.
k l. 1. eo.
l l. statuas. ff. de acq. rer. domin.
m l. Qui exceptionem. de condit. indebit.
n l. 1. eo.

tæ sunt ab omni actione creditoris, sed etiam solutum repetunt, *a* ita ut, nec exceptionis telo reiiciantur. Quæ utiq; ratio in præfatis Imperatorum decisionibus uigere palam est: quòd magni intersit possessionis commodo incumbere, *b* ne probationis onere alioquin possessor grauetur, quòd *c* qui agit probare debet. Vnde iuri consentaneum est, ut raptor, uel iniustus detentator, tam actionẽ, quàm exceptionem perdat, qui omnino rei domínio cuius possessioni non iure incumbit, carere uerbis Imperialibus iubeatur. Veterumq́ue prudentũ dictat sententia; *d* ne lite pendente, de qua nunc agimus, quidquam innouetur. Quibus itaque casibus fauore legis causa innititur, hanc interpretationem adhibere admissum est. Atque hinc est, quòd Prætor *e* de dolo edicens, subiicit, *Si alia actio non sit, de dolo actionem se daturũ:* quia Vlpiano authore li. 11. ad edictũ, nomẽ *f* actionis plenissimè accipiendum est: ita ut, si uel exceptio, interdictum, uel quodcunque remedium subsit, *g* actionis noĩe significetur. Parcissimè namq; alieno *h* cum periculo agendũ erit. Quapropter, si uel replicatio, duplicatio, triplicatio, & deinceps occurrat, de dolo non agetur. Sicut, æquitate suggerente, *i* Cui damus actionem, multò magis exceptionem: Nec actori conceditur, *k* quod reo non permittitur: ita nisi causa subsit, actionis uerbo non continetur exceptio: quæ pluribus persequi animus non est.

Sed, an officium iudicis dicemus, actionis uerbo contineri? Quod utique *l* traditum est. Nam

cum

a d.l. Qui exceptionem.
b §. retinendæ. de interdictis. l. siue autem. §. si duobus. de publicia.
c l. Qui accusare. ff. de edendo. l. cum. ff. de probatio.
d ff. ut lite pendente nil.
e d.l. 1. ad. S. C. Velleia.
f l. 1. §. 1. de dolo.
g l. Actionis. de actio. l. ult. C. de hær. uen. Inst. de Replicat. l. Antepen. ff. de excep. d. l. 1. §. ait Prætor l. Eleganter eo.
h l. licet. de obseq. lib.
i l. 1. §. Quod ait. ff. de superficieb.
k l. Nõ debet. ff. de reg. iur.
l Bar. l. Non postea. de iureiur. Innocẽt. cap. 2. de offic. iud. l. ĩ causæ. in princ. ff. de minorib.

cum de inofficioso testamento, uel bo. poss. agitur, propius est, ut ad officium iudicis actio referatur.

Sed an compensationem? Bartholus *a* propriè contineri putat. Alciatus contrà. Quòd uerbum, *Petere uidetur*; relatum in contextu, fictionem *b* de notat. Propterea, *c* cui sacris sit interdictum, licet petere, uel reconuenire non possit: humanius est tamen, quemadmodum *d* excipere necnon se defendere posit, ita compensationis remedio vti. Existimarem ipse, compensationem in se causam habere promiscuam, exemplo aliorum iudiciorũ, *e* quibus agere is intelligitur, qui prius ad litem prosiliit. Qui uerò actione aduersarii lacessitus compensat, *f* is utique excipere potius, quàm agere uidetur.

Certè, quod supradiximus exceptionem esse de iure naturali: actionem autem de iure Ciuili, simpliciter non procedit: nam hoc ipso, quòd quis exceptionem agenti opponit, constat exceptionẽ præscriptis ciuilibus *g* circũnscribi, ne sit *h* diuersitas iuris; sicut econtra, actio ex principiis fundatur naturalibus, scilicet, ne *i* quis cum alterius detrimento fiat locupletior; Nam non obstante, quòd *k* ab ipso iure ciuili formam acceperit, ante ius Quiritum natam esse ipsa naturalis ratio nobis suggerit: Alioquin, si nulla actione mutuum condiceretur, prout ridiculosè in eos qui ita arbitrantur, Iacob. Aret. concludit, *l* æs alienum, uel amplissimũ cõtraxisse, tùm valdè quæstuosam, atq; lucrosam rem fuisse ẽt ipse dicerem. Esset hercle interpretatio satis præpostera *m* atque aliena, quæ

a l. Amplius ff. rem ratam.
b Ale. l. 1. §. si procurator. nu. 3 ff. Quod quisq; iuris.
c c. cũ inter. de exceptio. Bar. l. libertus. ff. de ĩ ius voc.
d dd. c. dilecti. de excep. c. ĩtelleximus. de iudicijs.
e l. in tribus. ff. de iudicijs.
f l. Qui cum maior. § si libertus. de bo. lib. & d. l. libertus.
g Arg. §. ptererea. Instit. de inut. stip. Bar. l. Aurelius. §. Sticho. de liberat. legat.
h l. Iam hoc iure. § si alter. ff. de substitu. arg. l. eum qui. ff. de vsucap. l. Nulli. C. de iudicijs.
i l. Nam hoc. ff. de cõdictio. indeb.
k l. 2. de origine iur. § Deinde.
l Bar. l. Rerũ amotarũ. ff. rerum amot.
m Arg. l. Quidã referebãt. ff. de codicill. l. Manumissio. ff. de iu. & iu.

exceptionem ante actionem, sine qua ea esse non potest, effingeret. *a*

Non omittam, *Actionis* uerbum à lege prolatum, tàm ciuilem *b* quàm criminalem causam cõtinere. In dubio quoties actio expressa non est, *c* in factum datur.

Hæc uerba, *d* *Actionem non dabo*, uel: *Iudicium non dabo*, litis contestationem impedire, maximè in criminalibus, omnes *e* consentiunt.

Multiplicem usum huius uocis, ex Martiali iucūdissimo *f* ita accepimus, qui his uersibus, *agere* uerbum ad plura referens, operosum quēdam sui temporis hominem salutat.

Semper agis causas, & res agis, Attale, semper.
Est, non est, quod agas, Attale, semper agis.
Si res & causæ desunt, agis Attale, mulas,
Attale, ne quod agas desit, agas animam. i. expires.

Cœlius quoque ad Ciceronem: *Hortensius cum has literas scripsit, animam agebat.*

Exceptio. Quid ex diuerso? lex uetat exceptionem testibus probare, an actionem comprehendat? Quod Baldus *g* putat; ne *h* cui quod minus est non liceat; quod plus est, liceat. An etiam defensionem quamcunque? Dominicus *i* negat. Imò nec remedium negationis defensionis uerbo tolli Baldus *k* existimat, quòd nisi negatio fiat, *l* aduersarii nomen abesse uidetur. Hoc quoque ipse probo, si de exceptione *m* cautū sit; Alioquin defensionis nomen generale, *n* negationem quoque continet. Officium iudicis uerbo exceptionis *o* non significari

cari

a d. l. 2. de exceptio.
b l. 1. §. Quod autem. de alea.
c Bart. l. 3. de eo per quem factum. l. Quoties deficit. de pscript. verb.
d Bar. l. 1. ad S. C. Velleia. Alex. l. si quis id quod. num. 20. ff. de iurisd. omni. iud.
e Alex. l. 1. §. sublata. ad S. C. Trebellia.
f li. 1. Epigrã. 47.
g l. 1. de mutu. petitio.
h l. interdicto. ff. de interd. et relegat.
i c. 1. de lit. cõtest. gl. ibi.
k l. Peremptorias. C. sentent. rescĩdi nõ pos.
l Bar. l. 1. §. Accusationẽ. ff. ad Turpill.
m Bald. rub. de exceptio. extra.
n Dec. l. Nõ uidetur defendere. ff. de regul. iur. d. l. Stipulatio ista, de verb. oblig.
o Gl. magna. in fi. l. in fundo ff. de rei uindicat.

cati, Bar. *a* Baldus *b* atque etiam alii sentiunt. Iason negat, *c* dilatorias exceptiones quæ litẽ impediunt, litem nequaquam tollunt, propriè exceptiones appellari. At ego accepi, quod quoque *d* omnes fatentur, statutum ciuitatis, quo quidem verba *e* propriè capiuntur, si exceptiones tollat, dilatorias, & quæ rem morantur, præcipuè uideri expressas. Immo sat est, uel tẽpore *f* suum effectum obtinere, ut exceptio nomen sortiatur. Idq; Iurisconsultus innuit, *g* dum exceptionum quasdam perpetuas, alias autem temporales appellat. perinde ac speciei, genus suũ ꝓpriè inesset, qđ *h* nemo opinor, inficias ibit. Nec à nostra sententia Abbas *i* dissentit: & Alciatus quoq; hic consentit.

Verbũ autem *experiri* ambiguum est: quia plerunque, tàm *k* ad actionem, quàm exceptionem refertur. Si tamen à testatore prolatũ fuerit, hoc modo, *Stichus aliam seruitutem:* vel, *alienam non experiatur*, palàm est, *l* libertatem serius fideicommissariam his uerbis datam: cum seruituti nihil *m* tam sit contrarium, quàm libertatis datio.

Verba hæc, *Non audiatur, Iure suo cadat*, quatenus intelligenda sunt, superius *n* attigi: excepto, quòd si quis prioribus uerbis actionis subsidium sublatum arbitrabitur, is Bartholo *o* astipulatur.

Qui autem iudicio stare prohibetur, uel personam iudicio standi habere negatur, *p* excipere tamen posse adhuc dicemus: sicut *q* etiam appellare, de nullitate agere, restitutionemque petere: quod et ipsum *r* appellationi comparatur.

a Bar. l. 1. §. & parui. Qđ ui, aut clam.
b Bal. Ange. l. Pla. de pe. hæ.
c §. Casa.
d l. ita nobis. C. ad l. Iul. de adulter.
e l. 3. §. Hac ver. a. ff. de negot. gestis. Alex. l. 1. §. si is pro quo. ff. Qđ quisque iuris. f arg. l. cum uxori. C. quando dies leg. ced. l. Tutor. C. de nego. gest.
g l. 3. ff. de exceпt.
h l. si quid. §. 2. ff. de leg. 3.
i Rub. de exc.
k c. 1. de iudiciis. l. 2. §. idẽ labeo. Ne quid in loco public.
l l. Rogo. de fideicom. libert. Hier. Gabriel. consi. 123.
m §. 1. de libe.
n verb. actiõis
Bar. l. cũ lex. n. 9. de fideiuss.
o Bar. l. sequitur. §. si uiam. de vsucap. l. & eũ. de ui publ.
p c. cùm inter. cum seq. de except. cũ ibi not.
q c. itelleximus de iudiciis.
r l. 3. § si ser

Quod si adiectum fuerit, ne iudicio adsit, uel in ciuilibus vel criminalibus: tùm contra uidetur, ut alii sentiunt, licet in priorem sententiam omnes *a* ferè transeunt.

Desumitur ex hoc responso non leue argumentum, uerbo *testati*, *b* an causa intestati contineatur: item, an rei uindicationi noceat *c* actio Publiciana proposita. Sed omnia omni in loco excutere operępretium non est.

mus. ff. de acq. poss. glo. l. si cū cognita. C. de transact.

a d. l. 1. de iis qui sunt sui. Bar. l. Nō solū. § d. de iniurijs.

b Castrēs. i. ex sextante. de excep. rei iud. Paris consil. 22. nu. 72. lib. 2.


c Bar. l. Minor. §. si seruus ff. de euictio. gl. ibi. superer it.

Angel. l. Tres fratres. ff. de pactis.

VLPIANVS LIB. QVINTO AD EDICTVM.

L. IX.

MArcellus apud Iulianum tractans notat, uerbo rapuisse, & scissum & fractum contineri, & ui raptum.



ALII pro *Rapuisse*, periisse uerbum substituunt, quod *d* quoq; generale est. Marcellum tamen inuenio, qui notas *e* scripserat ad Iulianum, ita referentem: *f* Si conseruum suum uulnerauerit, & uiliorem fecerit, non esse dubitandum deduci de peculio quod domini interest. Nā quid interest, conseruum uulneret, an scindat aliquid, an *surripiat?* præterquam, quòd inter Iurisconsultos precipuè, ipsum Iulianum circa *Rapiendi* uerbum, assiduum animaduerto.

d l. 2. de ferijs. l. 1. § de iis qui sunt sui.

e l. 1. de com. seruo man. C.

f l. id quod. de pecul. legat.

Rapere

Rapere verbum à furti causa Vlpianus *a* ita secernit: quòd furtum clam quandoque committitur. Qui autem rapit uim committit, atque factum *b* suum publicè ostendit; publicumque crimen admittit.

Pari modo, aliud est *Rapere*, aliud uerò *Amouere*. Est enim *Amouere* uerbum generale, sed sine ui intelligitur. Vnde Iurisconsultus, *c* Amouere accipimus eum, qui quid cęlauerit, interuertit, consumpserit. Et an furtũ significet, petitionis *d* formula plerunque inspicitur. Verbum rapere, quàm sit prægnans, atque fęcundum, intelligi potest, quòd *e* in se damni significationem continet, id est, *f* omnem patrimonii diminutionem. Complectitur namque damni infecti cautio, *g* si quid uel ruat, uel scindatur, fodiatur, uel ædificetur. Furtique nomine generali continetur; quòd sit illicita *h* rei alienæ usurpatio. Nec uerò rapinam Dominus noster permisit, inquit B. Augustinus, *i* qui furtum prohibuit: sed à parte totum significare uoluit. Vnde ét qui de suo indigenti nõ erogat, non minus delinquit, quàm qui habenti aufert. Esurientiũ panis est, ait D. Ambr. *k* quem tu detines: nudorũ indumentũ est, quod tũ recludis: miserorum redẽptio & absolutio, pecunia quã *l* tu in terra defodis. Tot te ergò scias inuadere bona, quot possis præstare quod uelis. Ciuilibus item institutis *m* tenemur, id alteri pręstare, quod nobis dispendio non sit: ipsi autem summo possit esse compendio.

His quoque assimilantur, qui dolo & fraude cir-

cum-

a l. in duobus. § si quis iurauerit. ff. de iureiurando.

b l. 2. §. Damni. de ui bo. rapto. §. si ia re.

c l. si seru. m. § [illegible] de acq. h[illegible].

d Bar. l. Aurelius. § [illegible] de lib. legat.

e d. §. damni. et §. post l. 2.

f l. 3. de dã. infec.

g l. si procurator. rem rat. hab.

h c. dixit. 14. q. 5.

i c. pœnale. ea. Basilius in oratione cõtra auaros.

k c. sicut hi. distin. 47.

l l. 1. ff. ad l. Iul. de pecu.

m l. 2. §. Varro. ff. de aqua plu. arcend.

cumueniunt: rapere enim & hi intelliguntur: quia (ut inquit Augustinus) qui effudit *a* sanguinem,& qui fraudem facit, necessariò fratres sunt. Quo numero cēsendi sunt, qui *b* fæneratitio lucro animas suas miserè affligunt, atque infamant: eousq; vsurarum dulcedini addicti (sic enim molli & suaui nomine *c* appellant) ut postpositis euangelii documentis, quæ iubent, *d* mutuò dare nil inde sperare, ab homine ethnico, & qui Christum Saluatorem nostrum non agnouerit, ac ne somniauit quidem, hac in re se indignè uinci patiantur. Nam, vt notum est, M. Cato, *e* is (inquam) qui Sciciliā ære alieno penè obrutam fœnore liberauit, quærenti cuidam quid esset fœnerari: Quid, inquit, hominem occidere? Subdens, maiores legibus posuisse, ut fur dupli condemnaretur: fœnerator quadrupli, quem raptori D. quoque Augustinus *f* comparauit:

At inquiūt filii *g* huius mūdi in sua generatione filiis lucis longè prudētiores (ut ait Dñs N.) se por rectū quid placide accipere, nec nisi à spōte soluente usuras accipere. Sic Dyonisius ille, ob simile facinus hodie infamis, dum uictorias, quasi è manibus porrigentium simulachrorum sustulit (laudatissimum enim *h* institutum priscorum erat faciē templi, atque tabernaculum Domini coronis aureis, & scutulis decorare) ignominia obiecta frustrà se purgare tentauit. Tritum est in iure *i* ciuili, neminem necessitate coactum, liberalitatem suam exercere: ne in longum oratio deferatur.

Sciſſum,

a c. 2. 14. q. 5. Ecclesiast. 34.

b Bald. l. improbum. C. de infam. Abb. c. inter dilectos. de excess. plat. Iason con. 153 clem. 1. de vsu.

c l. ait Prætor. § si quis i fraudem. ff. Quæ in fraud. cred.

d c. consuluit. de vsur. Luca 9. Hier. 25. c.

e lib. 1. de re rust. c. 1. Aristot. lib. 1. c. 7. Polit. e. Cicero li. 2. offic.

f c. Quid dicā. 14. q. 4. cap. si quis. ea.

g Bal. Auth. Sed hodie nul la. C. de epis. & cler. Luc. de Pēna. l. domini. C. de Agric. & censit.

h lib. 1. Machabeorum c. 4. g.

i l. Rem legatam. ff. de adimend. lega.

Scissum, Vel cæsum. Nec fit sine ui. Quòd si lex ratione delicti, scissionem, uel abscissionem membri constituat; non autem frangi uel collidi debet, sed secundum *a* Ciuitatis morem abscindi. Alioquin latæ sententiæ formæ *b* standum erit. Serra autem secare, mortisq; genere, ipsam mortem superare, plus est *c* quàm barbaricum. Vnde puer ille Vedii Pollionis, qui chrystallinum ruperat, cœnante apud Dominum tum Cæsare Augusto, cum atroci sententia furentis domini murænis damnaretur, quas in piscina deliciarum causa alebat, ad Cæsaris pedes prostratus, non mortis ueniam supplex petiit: sed mortis genus inauditum ne esca piscium fieret, ab ipso mi ser commutari rogauit: Quod utique factum est, quia præterquã, quòd seruum libertate statim donari præceperat, atque etiam uasa Chrystallina frangi, piscinam curauerit oblimari. Ne quandoque posthac Domini sæuitas in immanitatem ferinam delata, dominii sui iura excedat: quod etiã ciuilibus constitutionibus abunde prospectum est.

Si manus amputationem, atque etiam capitis, iudex eadem sententia pronunciauerit infligendã, supplicium *d* à manu inchoandũ, ordo *e* uerborum ciuilisque ratio suadent. Nam præterquàm quòd prius à leuiori uel imbecilliori sumendum *f* est supplicium, ne lictor demortui iugulum frustra appetat, ut est in prouerbio, *g* hæc interpretatio ferenda est. Vsusque huius inclytissimæ Ciuitatis Venetæ, hoc idem seruat, qua ad exemplum, *h* pœna quotidie facinorosis sæuerissima indicitur

a l. Item apud Labeonem. §. 2. ff. de iniurijs.
b Glo. l. Acta. ff. de re iud. Io. Anna. cõs. 18
c Arg. l. 1. C. de emendat. seruorum.
d Bar. l. Omnes. C. de dilat.
e l. Quoties. de vsufr.
f l. Vnius. de quæstionib.
g l. in sententijs § ult. ff. de re iud. l. si pœna. ff. de pœnis. l. Vniuersa. C. ubi causæ fiscales.
d. l. 1. de emẽdatio. seruorum. C. l. 1. de his qui sunt sui.
h c. 1. de Maledicis. l. si quis forte. ff. de pœnis.

dicitur; secundum quod dicitur, pœnam unius me tum esse multorum.

Ferunt, *a* Caracallam Imperatorem militi, cui Papinianum Iurisconsultum nobilissimum manda uerat trucidandum, quòd securi percusserat, dixisse: *Gladio iussum meum exequi oportuit*. Innuens, neque securi, neq; telo, fuste, laqueo *b* quovè alio genere supplicii uitam ei adimendam, qui gladii pœnę dānaretur: Securi ueteres Romanos usos, Consulares fasces testes sunt, qui eousque securi alligabantur, donec Valerius Publicola è fascibus securem sustulit: atque ut T. Liuius refert, eosdē populo in concionem prodiens submiserat. Quod quidem Fab. Quintilianus confirmat lib. 3. Institutionum. Orat. Gladii exercitium insigne fuisse Imperii non paucis *c* iuris authoritatibus comprobatur: cuius significationem multiplicem *d* plenius Iason insequitur.

Cassellius consultus à mercatore, quemadmodū cum socio nauem diuideret. Respondit, Nauem si diuides, nec tu, nec socius habebitis, quòd separatione partium, id utiq; *e* est diuidere, statim ipsius rei *f* dissolutio sequeretur, sicut suo loco infra *g* dicemus. Scissuram Bartholus *h* opinatur percussionem esse, quæ illæsam superficiem conseruat: Tamen Iurisconsultus, à scisso tumorem *i* distinxit: qui utrunque *Rupti* uerbo contineri ait. Cicatrix, ut addam, ea est, *k* quę vulnere sanato superficiei inhęret.

Abscissos cum lex *l* sacris initiari uetet, mutilatos, truncatos, debilitatos, mancos, atque id genus

a Aelius Spartia. in Caracalla.

b l. aut damnū § 2. de pœnis.

Hierem. 15.

c l. Solent. de off. procons.

d l. Imperium de iurisd. om. iu.

e c. Afferte. de præsumpt.

f l. Qui hominem. § area. de solut. l. fu. tim. ff. arbor. fur. cæs.

g l. Mulieris. § res.

h l. Prætor. § rem atrociorē. de iniurijs.

i l. si seruus seruum. § inquit lex. ff. ad l. Aquil.

k 2. q. 1. c. Accusatus Bald. l. si quis. in metallū. C. de pœnis.

l c. 3. de corp. uitiatis.

genus alios quatenus accipiemus, ex Bartholo, *a* aliisque deprehendere licebit.

VI raptum, Notandū in primis post verbū generale hic speciale subiici: quod quidem in iure nouum non est. Nam, & Pretor olim *b* edicebat, *Quod ui, metusvè causa gestum est*. Postea detracta est *vis* mentio. Sic in edicto *c* ædilium, causa dubitationis tollendæ, bis κατά τῦ αὐτῦ dixisse, ferunt. Et in rubrica de ui & vi armata, *uis*, verbum repetitur, vt species à genere distinguatur. Nam, ut ille ait, *d* ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, uidentur quasi neglecta. & alibi: *e* E re putauit Prætor specialiter aduersus publicanos edictum proponere, licet antea de furtis, damnis, ui raptis edixisset. Et ecōtra, *f* post quædam specialiter enumerata, solet clausula generalis subiici, quæ oīa complectatur.

Vim hic intellige, quæ *g* voluntati contrariam operationem demonstrat. In dubio, si Præses uel prætor pronunciauerit *h* *Vim fecisti*, de ui priuata intelligitur.

Accipitur *uis* *i* quandoque pro effectu. Quòd si testator legatariis *vim fieri vetat*: his uerbis uidetur data facultas propria authoritate rem accipiendi, & ita Bald. *k* Romanus, *l* atq; Alexander *m* sentiunt.

Qui autem uerbis puellam seduxerit, uulgò *n* receptum est, ut rapuisse uideatur. Castrensis propriè ꝓcedere *o* negat. Proinde qui uerbis sacrā virginem seduxit, non contineri lege putat, quā vestalem rapiens capite plecti iubetur. Quamuis

L Con-

a l. 1. § is autem. ff. ne quid in flu. Albas c. Illorum. de senten. excom.
b l. 1. Quod met. cā.
c l. 1. de edil. edict.
d l. item apud labeonem. §. ait Prætor. ff. de iniuriis.
e l. 1. ff. de publicanis.
f l. si seruus. §. inquit. ff. ad l. Aquiliam.
g l. 1. Quod met. cau. l. 2. §. Doli. ff. de ui bo. rapt.
h l. si præses. ff. de pœnis.
i l. 1. ff. de statu lib.
k l. 1. C. com. de leg. lectu. 1.
l Auth. similiter. C. ad l. Falcid.
m l. Nemo. de legat. 1.
n. 36. q. 1. vlt. c. lex. 27. q. 2.
o l. 4. Ne quis eum qui.

Constitutio Iouiniani, eum qui scœlus affectat, reum capitis facit. Ait enim, *a* Si quis non dicam *rapere*, sed *attentare* iungendi causa matrimonii sacratissimas Virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. *Attentat*, *b* qui appellat, uel affectatur, quia fortè frequenter *c* uirginem sequitur. Assidua enim frequentia præbet nonnullam infamiam. Qui oculo impudico uirginem aspexerit, uix est ut uerbis Constitutionis comprehendatur. Maximè, quia primæ illæ notiones, & quasi igniculi *d* naturales, in potestate nostra *e* non sunt. Vnde ad omnem oculorum tollendam lasciuiam, Democrates Philosophus sibi oculos eruisse dicitur, quòd ut ait Poeta.

Ἐκ τοῦ ὁρᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. id est, Amor ex uidendo nascitur mortalibus.

Apud Spartanos quoque inoleuit, ut uirgo aperta fronte in publicum prodiret: nupta autem non nisi capite uelato. Rationem affert Charilaus, ὅτι τὰς μὲν κόρας ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας σώζειν τοὺς ἔχοντας. id est, quoniam uirgines decet uiros aucupari formæ gratia: mulieres autem quos habent, conuenit tenere, atque seruare.

Refert Dynus, quem Alciatus insequitur, si is, qui de domo aliena quid surripuerit, mulctari iubeatur, eum qui fores solas effregerit, legis uerbis esse obnoxium. Et ego consentio, non tantum quòd effringere idem fit quòd rapere: uerum etiã, quòd *adium* appellatione *f* fores continentur.

Qui fœminam uulgarem, seu quæstuariam rapuerit libidinis causa, modò cæteris rebus se abstinuerit,

a l. si quis n. dicã. C. de episc. & cler.

b l. Item apud Labeonem. §. abduxisse. ff. de iniurijs.

c Bart. verb. Quod raro. de insulæ. quid sit frequenter.

d §. 1. de iure nat.

e c. sicut trib. cũ seqq. de pæ. dist. 2.

f l. Cætera. §. Hoc S. C. de leg. 1.

ſtinuerit, raptus crimine non *a* tenetur. Nam, ut Decius interpres celeberrimus *b* ſcripſerit, hanc ſi pretium offeratur, iudiciali officio cogendam petenti copiam ſui facere: quòd omne *c* officium publicum utilitate, & authoritate dicitur neceſſarium. Crederem ego, nihilominus (pace tanti uiri eminentisſimi) de turpibus officiis legum authores nihil ſtatuiſſe. Quòd *d* utile ab honeſtate ſeparatum, atque diſiunctum non eſt. Nec tam proſtibula iuris authoritate probari, quàm, ut ille ait, *e* conniuentibus oculis *f* permitti. Quapropter quicquid ipſe in contrarium ſcribens hactenus cōminiſcitur, tales perſonas *g* infames iuris laqueis non aſtringi, uerius eſt.

a l. verum. de furt.
b l. inuitus. de regul. iur.
c Gl. l. filiusfam. §. inuitus. de procur. l. Munerum. §. iudicandi. de muner. uide Bart. l. 1. nu. 25. §. 1. solut. matr.
d §. cum autē. de adoptio. l. Iurisprαecepta. de iust. & iur. l. Nepos. infra.
e l. 3. de manumiss.
f Iason. l. cunctos. lect. 1. nu. 57.
g c. infamib. de reg. iur. 6. l. Quæ adulterā. C. de adult.

IDEM LIBRO SEXTO
LEX X.

Creditores accipiendos eſſe conſtat eos, quibus debetur ex quacunq; actione, vel perſecutione, vel iure ciuili (ſine vlla exceptionis remotione) vel honorario, vel extraordinario, ſiue pure, ſiue in diem, vel ſub conditione. Quòd ſi natura debeatur, non ſunt loco creditorum: ſed etſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus, creditores accipiuntur.



EX Aelia Sentia, *a* seruum fraudandorum creditorum causa uetat manumittere. Creditores hic admonemur intelligendos, quibus *b* ex qua cunque causa debetur, siue rem nostram restitui nobis desideramus; siuè quid dari fieriue contendimus. Siquidem rem nostram *c* nobis deberi constat. atque inde, debitorem appellari, qui actione rei uindicationis conuenitur: licet alii *d* contrà. Nam cum actionis nomen generale *e* se habeat ad realem & personalem, tanquam eius species palam est, de utraq; propriè dici. Et quanquam quotidie ingerunt, eum qui rei uindicationis actione conuenitur, nullo iure teneri; prout uerba Imperialia lib.4. Institutionum *f* concipiuntur; tamen nihil planè efficiunt. Quoniam ut sermo fiat reciprocus, *g* necesse est, in negatione id intelligamus negatum, quod prius in affirmatione positum est. At, in priori parte ait, Aut cum eo agimus qui ex consensu obligatur: Ergo cum subiicit, *Vel agimus cum eo qui nullo iure tenetur*, consequens est, ut ius, pro consensu propter analogiam non ineleganter interpretemur. Secundum quam significationem in iure *h* quandoque accipitur. sicut etiā *nullo iure*, pro neutro iure apud Gallum Aquiliū *i* intelligunt. Neratiusque libro sexto membranarum: Superior *k* pars ædificii, quæ *nulli* coniuncta est. Aliàs, nomen iuris uariè sumi *l* nemo est qui nesciat.

Plane uerba solemnia in petitione rei suæ, *m* in iure Pōtificio ita se habent, *Rē meā mihi restitui peto.*

a l. si cū. ff. qui & a quib.

b l. 1. de cōst. pec.

c l. Ext. 1. ff. Quod met. ca.

d Ioā. Faber. Are. §. 1. de actio.

e l. Actionum. ff. de actio.

f d. §. 1. de actio.

g l. hæ uenitū. § pridie. ff. de petit. hæred. in fi.

h l si sō tut. ff. de manu. test. Glo. & l. 2 §. merito. ne quid in loc. publ.

i l. Gallus. §. ille casus, de li be. & posthu.

k l. pe. de dā. infect.

l L. pe. de iust. & iu. l Donari. ff. de regu. iur. glo.

m c. inter dilectos. de fi de instru.

Iure Ciuili, *a Peto pronunciari, eam rem ad me pertinere.*

Quacunque, Sermo hîc generalis *b* a l quãcunque actionem refertur, modò ſit efficax, neque exceptione elidatur. Continet directam, utilem; ſed & an certi, uel incerti agatur, nihil intereſt. Qui autem bonis ceſſerit, *c* tantiſper liberatur, donec ad pinguiorem fortunam peruenerit: nec debitoris nomen amittit. Vnde utiliter *d* ei, quod debet, a creditore relinquitur: ſibi enim ſemper ſoluendo eſt, vt Iuriſconſultus ait.

Perſecutione, Verbo autem perſequutionis, ſignificatur *e* extraordinarii iuris executio; quo iure fideicommiſſa *f* petuntur, reſtitutiones, *g* ſalaria, *h* & quæ nomine actionis latiori continentur. Accipitur in ſacris literis uerbum hoc promiſcuè, tam in bonã, quàm malam partem: quòd boni *i* perſequuntur malos, & mali bonos. Perſequuntur boni interdum bonos, quibus neceſſarium ſuffragium *k* non ſuppeditant. Quia ſcriptum eſt, *l* qui uos ſpernit, & me ſpernit, qui uos miſi. Tùm maximè ſi tales ſint, *m* qui indigere erubeſcunt. Eſt hercle, ut ait Boetius, infortunii genus longè miſerrimum, fuiſſe fęlicisſimum. Quod omnes ferunt; ſapientesq́ę uel me tacente in primis conſiderãt.

Ciuili, Ciuiles actiones *n* intellige, quę ex legibus, Senatuſconſultis, Plebiſcitis, reſponſis prudentum deſcendunt, eaque potius, *o* quàm naturalis intelligitur. Quapropter, ſolutio

a L. ex diuerſo. de rei vindic. Bar. l. minor. § ſeruus. ff. de euictio.
b l. 1. de cõſt. pe.
c § vlt. de act. l. 4. § 6. de ceſſio. bo.
d l. Quærel. a. tem. ff. ad l. falcid. l. mori. 26. § 2. de mortis cau. q. a uo. xi de ſufra. l. 14. § vlt.
e l. pecuniæ. infra.
f l. ſi cui. de cõdit. & dem.
g l. Quod ſi nu. r. § ſi. de minor.
h l. 1. de var. et extraord. cogni. l. 1. C. de ſuffrag.
i ca. Non uos. 23. q. 5. Mat. 20. 7. q. 1. cap. ad uerſitat. cap. nõ eſt iniquus ca.
k cap. Paſ. c. c. Qui c ementia. 86. diſt. c. ſi. 7. q. 1.
l Matth. 25. in fi. 2. Theſ. 1.
m c. Non ſatis. diſt. 86. Gala. 6.
n Glo. §. ſed iſta. Inſti. de actionib.
o l. is cui. §. Flauius. de ſol

solutio in eam causam facta præsumitur, *a* donec aliud apparet. Ciuilis causa quandoque dicitur, quæ aduersatur *b* criminali. Nam quoties rem nostram principaliter persequimur, non uindictam publicam, ciuilem rem agere dicimur. Sed an ecclesiasticam cognitionem contineat uideamus? Quod utique *c* proditum est.

Sine exceptione, Nam actio quę exceptione eliditur, uix *d* nomen actionis meretur. Qui ergo exceptionis ope se tuetur, uerè debitor non est. Adeo, ut huiusmodi debitor si ignorans soluerit, solutū *e* condicit: alioquin is qui sciens indebitum soluerit, *f* donasse censetur. sicut debitor *g* exceptione tutus, si *quod debet*, creditori legauerit, ut effectum habeat uoluntas testatoris, exceptionem remisisse uidetur. Nec id ratione caret, quia donec exceptio opponatur, propriè *h* debitor dicitur. Iure enim naturali debitor dicitur, quòd ęquitas naturalis suggerit, contractum firmum, ratumque esse, *i* de quo inter partes placitum est. Iure autem ciuili, propter tacitum contractum *k* celebratum in iudicio, nisi aliàs *l* actioni, iuris ciuilis authoritas sine ope hominis refragetur, prout Bartholus *m* distinxit: aliique probant.

Qui debitori suo quod debuit, legat, id legasse dicitur, quod debuit, necdum solutum est: in qua re tamen iudiciali cognitio *n* requiritur.

Perpetua, Nam, ut alibi dixi, temporalis exceptio *o* petitionem differt: perpetua tollit. Certè benignè dicemus, eum qui

a l. cū filius. §. Hæres. de legat. 2. l. si fideiussor. § fideiussor. ff. de fideiuss l. stipulatio ista. §. Hi qui de verb. oblig.
b Bar. l. 1. C. Quando ciuilis actio. Ias. consi. 100. 105.
c cle. 1. de offic. delegat.
d l. Paul. īfra.
e l. Qui hominem. §. ult. de solut. l. si non sortem §. 3. de condit. indeb.
f l. Cuius per de reg. iur.
g l. si creditor. ff. de legat. 1.
h Decius. l. nō uidetur. cœpisse. l. 1. §. Accusatio. ad S. C. Turpill. l. si index. de minor.
i l. 1. de pactis
k l. 3. de peculio. §. idē scribit. l. si procurato. § si ignorātes. uers. igatur. ff. Mādati.
l c. 1. de rescript. in 6.
m §. Pactus ne peteret. Idem l. cum lex. de fideiussorib.
n l. creditor. §. 1. de lib. lega.
o l. 2. ff. de except.

qui exceptione tutus est perpetua, etiam si coegerit creditorem sibi præstare liberationem, tamē edicti verbis, *Quod metus causa gestum est*, *a* non contineri. Quia cùm nihil illi absit, edicti ratio cessat; & creditor *b* dicitur qui potest ab inuito exigere. Is cui in diem debetur, licèt ante diem male *c* agere censeatur: tamen creditor est, ut infrà apparebit.

Quòd autem ait, creditorem accipiendum esse, cui debetur, sine ulla exceptione perpetua; quæri potest, si pœna adiecta promiserim *Amplius non petere*, an ex eo stipulatio committatur, quòd petierim, uerum exceptione exclusus nihil fuerim consequutus. Decius *d* pœnam commissam esse putat: quia semper uerum erit *e* petiisse. Bartholus *f* autem probat, si *contrauenire* non *petere* scriptum fuit. Alioquin interesse, an ad eum referatur petitio, cui ex petitione debet acquiri: atque eo casu uerum esse quod Decius scripsit. secus si ad eum, qui ex petitione obligatur. Baldus *g* indistinctè docet, si ad iudicii primordia sermo referatur, nó requiri litis contestationem, sed quamcunque petitionem sufficere. vnde *h* qui in ius tantum uocat, petere censetur. Propterea, si lex eum re sua carere iubeat, qui intra statuta tempora non petierit, ad præscriptionem impediendam uisum est, *i* simplicem petitionem sufficere. Quanquã hęc lex, an in ciuitate libera ferri debeat, etiamnum *k* controuertitur.

Perpetui uerbum, uariis modis in iure capi notum est. Socius enim *l* perpetuò dicitur inire societatem,

a l. item si ei. exceptione §. 1. ff. quod met. ca.

b arg. l. Debitor. infra.

c l. 1. §. vlt. Quando dies vsusf.

d l. Non uidetur petiisse. de reg. iur.

e l. si quis maior. C. de transact.

f l. Amplius. nu. 1. 4. ff. rem ratam.

g l. Ab eo. C. quomodo, & quando iudex.

h l. Quamuis. ff. de in ius uocando.

i Bar. l. 3. ff. de eo per quē fact. est.

k Bar. l. Omnes ff. de iu. & iu. n. 24. Petr. Anchar. consi. 256 Abb. c. Nouit. de Iudicijs.

l l. 1. pro socio.

cietatem, licet morte omnia *a* societatis iura dissoluantur. Edicti perpetui ordinem se et secutū ait legislator, *b* utpotè cuius authoritas ꝑpetua est, *c* ita ut nec tenorem eius expediat innouari. Accursius, perpetuum interpretatur, generale; propterea condignè à recentioribus *d* notatur. Cętera autem quę pertinent ad significationem huius uocis, quòd ab aliis *e* diligentissimè cōscripta sunt, non tam honoris, quàm laboris est, hic repetere. Etsi in eo genere plerique magni nominis Iurisconsulti nimis se oblectant, fereque in alienis quasi latifundiis uersati, uix de suo dimenso nihil, aut parum afferunt. Sed nos ad institutum redeamus.

Honorario, Id est Prætorio, eo quòd *f* qui honores gerunt, id est magistratus authoritatem huic iuri dederūt. Actiones honorariæ *g* appellantur, quæ uel ex edicto descendunt, uel ex eo *h* confirmantur. Plenius tamen nobis iure ciuili quàm Prętorio cauetur, ut apud Vlpianum Aristo *i* refert. Sunt autem in Constitutionibus *k* quidā Magistratus honorarii appellati, qui dignitate præditi nullam tamen habent administrationem. Quibus non temerè quis honorarios tutores *l* comparabit, qui honoris causa, uel dignitatis dantur, aliis nimirum demandata ipsius tutelæ administratione. Etsi, ut Franciscus Hotomanus Iurisconsultus nobilissimus existimat, eos si tutorem suspectum agere negligant, tutelæ malè gestæ actione *m* distineri.

a l. Actiōe. §. morte. ff. pro socio.
b l. 2. de statu hom.
c l. Quæ sub conditione. de condit. instit.
d Budæus. d. l. 2. de statu ho.
e Iason. l. 2. C. de iure emphit. Castrē. Auth. si quis. C. de sacros. eccl. Tobias Non. Iust. de uerb. obli. §. at si ita. ad glo. perpetuus er. Glo. perpetuū. c. ex literis. de Constitut. Glo. in consuet. Neapolit. verb. perpetuum. in 6. charta. col. 3.
f §. Pretoriū. de iure na. gē.
g l. obligamur. ff. de actio. gl. si pl... de ... actio. l. ... §. ... præ... de pecu... ti.
h arg. d. l. lege. infra.
i l. si creditori de leg. 1.
k l. 2. C. ut dignit. ord. serue...
l l. Quod si forte. de solut. l. si qui. ff. de ritu nupt.
m l. Iure. ff. de tutel. testamēt. l. si quis tutor. §. quid ergo. ff. de ritu nup.

Sanè

Sanè tumulum honorarium Suetonius Trãquillus in Claudio, eadem ſignificatione uſurpat. Cæterum, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret; Galliarumque ciuitates publicè ſupplicarent. Quibus uerbis, ait Budæus uir omnibus bonis literis diuinè imbutus, Cænotaphium *a* ſignificari Druſo in Germania extructum, cùm tamen corpus eius Romam deuectum eſſet. & vulgò Repoſitorium appellatur. Quintus Metellus Numidius *b* Honorem malum, in oratione de Triũpho ſuo habita protulit. Qui enim magiſtratui *c* uel ſeniori *d* cultũ debitum deferre negligit, honorem malum exhibere dicitur. Quapropter Caio Bruto peſsimè eueniſſe author eſt Plutarchus, *e* qui, quòd Tribuno plebis in foro ambulanti de uia decedere noluiſſet, à Romanis ſummo ſupplicio affectus erat. Vt uerum ſit, quod uulgò fertur, ſępe malum ipſum in authorem recidiſſe. Honorque non tam reſpectu eius dicitur, in quem confertur, q̃ illius, qui honorem confert, ut Ariſtoteles ait lib. 1. de moribus: ſecundum quod Poeta ſcripſit. *f*

Οἱ τᾶυτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

id eſt, *Ipſe ſibi malum cudit*

Quiſque alij malum cudens.

Platoque Diuinus (vt vocatur) quem Diuus Chryſoſtomus dialogo inſequitur, omnes iniuriam pati, neminẽ facere exiſtimat. Cui illud Socratis ſuffragatur.

Κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν, τοῦ ἀδικεῖσθαι.

id eſt, *Peius eſſe iniuriam inferre, quàm accipere.*

Interpres Gellianus Gaza, ut *g* aiunt, aut quiſquis alius, non ſatis ſcitè, peius iniuriã facere, quàm peccare. Accurſius quoque *h* non minori imperitia, in-

a l. ſi quis. nõ eo anim. o. ff. de religioſ.

b Gellius Noct. Atticarum. li. 12. c. 9.

c l. 1. ſi quis ius dicenti.

d l. ſemper. de iure immunit. l. 1. de obſeq. liber. l. 1 C ut dignitat. ordo ſeruetur.

e in Gracchis

f Gell. d. c. 9.

g Hiero. Magi. Miſcell.

h § 1. Inſt. de iniurijs.

terpretatur, facere iniuriam, pro iniuriam pati. si quidē id, quod ex Proculo *a* refert, de damno, non de iniuria data loquitur, in hęc uerba. Non debet uideri is damnum facere, qui eo lucro quo adhuc utebatur, prohibetur. Honorarium quoque vulgò dicimus, *b* id quod honoris causa aduocatis, medicis, vel professoribus impēditur remunerationis ergò, eò quòd honor fit *c* cui porrigitur.

Laudatur autem honorarium acceptū, si fiat ad laudis augmentum, non ad turpe lucrum, seu ad stipem deformē, ut de sumptibus aduocati Imperator *d* ait.

Extraordinario, Quod à iure Ciuili, vel honorario causam habet *e* separatam: officiumq; iudicis *f* significat, quoties æquitas subsit, quod interdum *g* actioni subseruit. In quo continetur etiam, si quid Princeps Epistola *h* præceperit. Et generaliter ubicunque Iudex ordine uulgari prætermisso, *i* officium suum exercet. Festus hominē uocat ordinarium, qui litibus assiduè immoratur, eò quòd in ordine stat euntium ad Prætorem. Cui Plautus alludit, dum ait.

Non potuisti adducere homines magis ad hanc rē idoneos.
Nam istorum nullus ne fastu'st, comitiales sunt meri:
Ibi habitant, ibi conspicias, quàm Prætorem sæpius.
Hodie doctiores non sunt, qui lites creant, quàm hi sunt.
Qui si nihil est litium, lites serunt.

Spēs officii extraordinarii effingitur, Veluti *k* cū filiusfa. à patre peregrè profectus, ex uiatico quod studiorum causa parauerat, alicui mutuò dederit. Nā q diu, *l* aut semper patre absente ipse ex sua persona experiri nōpoterit, permittit *m* Prætor, ne iure suo defraudetur, rem creditam utili actione condicere. Quæ quidem,

a l. Proculus. ff. de damni in fect.
b l. 1. de extra or. cog. l. 5. mādati. l. Attilius de donat.
c l. Fideicōmiss. §. plerumq; de leg. 3. l. item si uerberatum. de rei uindicat. l. Iulian. si quis omiss. causa testamenti. Inst. de obl. ex quasi cōtractu. § ult.
d l. Quisquis. C. de postulād.
l. 1. §. remouet. ff. eod. vbi Rossardus.
e l. Nullo. ad l. Corn. de fals.
f Bar. l. 1. de iur. om. iu. Aretinus. § præterea. de actio.
g l. Qui per collusionem. de actio. emp.
h l si quis sepulchrū §. 1. ff. de religios.
i l. Actio. ff. de neg. gestis.
k l. Cū filiusfa. ff. de reb. cred.
l l. Gaius. ff. solut. matr.
m l. si longius. ff. de iudi.

quidem, non tàm ex uerbis legis descendit, quàm ex mente. Hisque accedunt, quæ mero iudicis officio sunt constituta, puta, restitutiones, petitionesq; extraordinariæ, necnon quæ religiosa iudicis disquisitio ne (ut dixi) *a* versantur.

Purè. Omnis *b* enim contractus purè, in diem uel sub conditione concipitur. Vbi purè *c* stipulatio concepta sit, & cedit, & uenit dies quo peti possit. Vbi in diem, cedit, sed non uenit. Sub conditione quod debetur, neque cedit, neque uenit. In dubio, *d* sermo potius purè intelligitur: id est sine diei uel conditionis *e* adiectione; licet interdū ex natura rei petitio eius dilationem *f* recipiat necessariā. Vnde, si lex concesserit instrumenti paratam executionē, ad ea quorum dies nondum uenit, responsum est, *g* referri non oportere. De puris non de incertis, uel dubiosis uerba intelligenda sunt: licet alii contra.

Certè non leuis est inter scribentes controuersia, *h* quid sit purè dictum, aut simpliciter responsum. Finge legem dictam, ut is in causa cadat, qui in iure interrogatus simpliciter non responderit. An is intelligendus sit, qui rogatus an mutuum à Titio acceperit, retulit nihil accepisse: et si constiterit habuisse, id tum reddidisse, adiecerit. Quod quidem Bartholo, Baldo, cæterisque *i* uisum est. Ego generaliter existimarem, quoties ambiguitas, *k* vel, ut Diodorus cui Crono cognomento est, obscuritas, inculcatio *l* uerborum, aut aliàs omnis *m* circuitus, uel calumniæ suspitio sit remota: toties simpliciter dictum scriptumvè quid videri. Terentius. Ita apertè ipsam rem modò locutus, nihil circuitione usus es. & alibi. Pergin' scelesta, mecum perplexè *n* loqui? scio, nescio, abiit, audiui,

a supra, verb. Perfectu tene.
b §. Omnis. Instit. de uer. ob.
c l. Cedere. inf.
d l. eū qui. ff. de ver. obli. Instit. eo, §. quoties.
e l. si post mortem. §. fi. de legat. 1. l. et si cōditionalis. de auth. tutor. Ripa, nu. 6. l. qui Romæ. §. duo. de uerb. oblig. Bar. & alij. l. si cert. pet.
f l. interdū. ff. de uer. ob. Bar.
g Alex. consi. 91. 100. Aretinus §. Curare. n. 14. de actio.
h dd. l. 1. §. si quis ita. de uer. ob.
i d. §. si quis.
k l. ita fidei. ff. de iure fisci. l. si fuerit. de rebus dub. l. Quoties. de uerb. oblig. glo. l. cum Stichus. de solut.
l Glo. l. lecta. si cer. pe. l. 1. §. vl. de dote præleg.
m l. Dominus. ff. de condictio. cā dat. & cle. auditor. de rescrip.
n l. si Titij. ff. de uerb. oblig.

audiui, ego non adfui. Non tu isthæc mihi dictura aperta es quicquid est? Et quotidie dicimus, quoties quis à proposito cadit, nec ad interrogata respon sionem aptat, ea quæ dicit, nihil *a* ad Rhombũ pertinere. Refert quoque Atteius Capito lib. de officio Senatorio, Catonem, ut rogationem Cæsaris eluderet, qui de ea te patrum sententias rogasset, quæ patrum Reip. necessaria uisa erat, fabulosa uerborum ambage diem exemisse: Donec ferè a Cæsare tum Consule deprehendi iussus, in carcerem demandaretur, nisi intercedente Senatu gratiam impetrasset. Prudenter, itaque Atheniensium Areopagitæ dicturis in concione, per præconem omnem procemii apparatum interdicebant, ut Lucianus in Anacharsi, & Fabius Quintilianus perhibent. Procemium enim, audiendi cupiditatem Plato appellauit. Quòd, ut ille ait, oratio, quàm quanta res sit, longior *b* esse non debet. Veritatemque in uerborum simplicitate latere, quæ utique legibus *c* est amica, philosophus lib. 7. moralium author est. Propterea facile adducor, simpliciter, pure, atque distincte loquuturum, qui rem gestam conspicuè, ac ut aiunt *d* sine plica proposuit. Quod si quis fortè magni interesse arbitrabitur, an sermo incipiat ex ambiguo, an finiatur; eò quòd ritè dictum, gestumvè inutili adiectione non uitiatur, prout Baldus, *e* atque etiam Castrensis *f* aiunt, nihil impedio. Nam ut Iulius Paulus *g* scripsit, aliud est dicere. *Hæres fundum dato: si fundum non dederit, centũ dato*, Aliud, *si fundum non dederit, centum dato*. Quòd in priori legato fundus purè relinquitur: in secundo verò non nisi sub conditione. Quanquam hæc atque similia, prudentissimus iudex ex personarum necnon

rerum

a Glo. verb. li. ces. C. de nat. lib.

b Arg. l. 2. § pe. C. de uet. iure enucl.

c §. cæterũ. le legit. ag. successi.

d Glo. simpliciter. le. sup. de verb. signific. Bar consi. 1: 5.

e l. De ætate. §. nihil. ff. de i terr. actio.

f d. §. si quis simpliciter.

g l. si pennam. quando diès le gati.

rerum qualitate plenius arbitrabitur. Sæpissimè *a* constitutum est, ut non tam quid dicatur, quàm quo animo proferatur, inspiciamus.

Non omittam, *Parum locum* ab Vlpiano *b* definiri, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est, sed ab oībus huiuscemodi nominib. uacare uidet.

Diem, Cui autem in diem debetur, adeo creditor est, ut solutum ante diem, ab eo condici *c* non poterit: ante diem creditori tamen inuito soluere *d* nemo potest. Dies solutioni adiectus, si sit incertus, *e* conditioni assimulatur. Proinde si testator Titio fundum dari iusserit. *Cum pubes erit*, vel *cum annorum erit quatuordecim*: Caius existimat *f* his uerbis conditionem inesse. Iauolenus contra: qui diem pubertatis in se temporis demonstrationem habere *g* putat, in cuius quoque sententiam iuerim, quod apud Pomponium relatum *h* est, his uerbis, *Si annorum quatuordecim factus erit*; per conditionem tempus inesse. Vtrobique tamen eandem esse conditionem.

Ante diem, quod nobis debetur, uerè nostrum nō est, nec *i* iure ante repudiatur, excepto quòd si quis contenderit, ut aduenіente die ius sibi integrum saluumque maneat, ei enim ut notum est *k* iudicis implorato officio maturè succurretur.

Conditione, Proprie conditio *l* non est, quæ actum non suspendit. Qui itaque scripsit, *Si Rex Parthorum viuat, se daturum.* licet eius notitiam effugiat, an iam uiuat, tamen cum in rerum natura *m* certum sit, an uiuat, conditionis nomen non meretur: non magis *n* quàm si quis dixe

a l. scire. ff. de legib. l. 1. C. si quis Imperatori maled. l. famosi. ff. ad l. Iul ma.
b l. 2. § Prætor. ff. de relig.
c l. in diem. ff. de condict. indeb.
d Bar. l. item liberatur. qui satisdare fac. ff. Qui un. mod. pig. Bar. l. Qui Romæ. ff. de uerb. oblig.
e l. Dies. ff. de cod. & dem.
f l. si quis leg. de cōd. et dem.
g l. Titia. de cond. & demō.
h l. si Titio. Quando dies legati.
i l. si ita scriptū. de legatis. 2 §. si sub conditio. Bar. l. in potest. ff. de acqu. hær. l. qui superstitis eo.
k l. in lege. ad l. Aquil. l. 4. C. ut in possess. legat. Ripa. l. 2. nu. 34. 35. ff. solut. matr. Afflic. Deci. 108. Bar. l. Dedi tibi. de cond. causa dat. Rom. singul. 646.

l Bar. l. 1. ff. de cōd. et dem.
m l. Sed etsi. de iudiciis. Inst. de uerb. ob. § conditiones.
n Bar. l. quibus §. ult. de cond. & dem.

rit

rit fundum Seianum se Titio legare, *sub hac conditione, ut se alat*,: quia uerba enunciatiua *a* ob aliud, atque aliud relata, nihil operantur, prout frequentius proditum est.

In sponsalibus cõtrahẽdis hæc verba probata erãt *b* *Conditione tua non utar*: id est, placitis conuentis renũcio. quo sensu, uerbo conditionis Cicero quoque utitur. Et Vlpianus: *c* plerumque *conditiones* interpositis personis expediuntur. Hinc *conditionales d* appellati, qui has conditiones in tabulas referunt. Bonis cõditionibus uendi, aut distrahi, quod καλῇσι ὠνέεσθαι Herodotus *e* appellat, Francis. Hotomanus inter peritos legum nostræ ætatis eruditissimus interpretatur *f* iusto pretio *g* uendi. Accursius autem, ad omnẽ causam refert onerosam, quæ mancipii uenditioni imponitur, ueluti si quis seruum *h* distrahat, ne manumittatur: uel ancillam, ut prostituatur, quia is in edictum commisisse uidetur. Nec displicet; quia, generaliter uerbis *i* Constitutionis cauetur, ne fraus legi fiat. Author est Aelius Spartianus, Hadrianum prohibuisse, ne mancipia lenonibus uendantur, sine causæ cognitione, quod etiã diuinis præceptis prohibetur. Et uerum est, nullum *k* redhibitioni locũ fore: quod etiã ibidẽ Theophilus innuit. Exemplo eorum, *l* quę à fisco distrahuntur: quia cum in fidem ac tutelã Principis se receperunt, ii qui *m* ad sacrã eius statuam cõfugerunt, uix est, ut priuati iuris causa quacunquẽ *n* non uideantur exempti.

Qui ad Episcopale culmen est promouendus, statutum est *o* principaliter & præcipuè inter alia, quæ religioni episcopi conueniunt, ut iuret, dæmonem non per *conditionem*, sed per arbitrium, malum esse.

a Cyn. l. Non epistolis. C. de prob. § fi. Inst. de adopt.
b l. 2. de repudijs.
c l. ul. de spon.
d l. pen. C. qui potior. in pig.
e lib. 1.
f §. ult. de ijs qui sunt sui, vel al. iur. Instit. lib. 1.
g l. si quis sepulch. ff. de rel.
h l. Statuliber. de statulib. l. Imperator. qui sine manu. l. 1. §. quod autem. de off. pf. urb. l. Sed et si hæc. §. prostituta. ff. de his qui not. inf.
i d. §. ult. de ijs qui sunt sui. Auth. de leno.
k l. 1. § ul. de quæstionib. l. si postulauerit. §. ratio. de adult.
l l. 1. §. illud sciendum. de ædil. ædic.
m l. de ijs qui sunt sui uel alie. & c. de ijs qui ad statuas. 17. q. 4. per to. c. mouentes. cũ seqq.
n l. fi. de custod. reorum. Bart. Auth. ut omnes iudices. §. arripit.
o 23. dist. c. qui episcopus.

Conditionem, inquit Glossator, accipe [illegible] creatione seu naturali eius statu, atque habitu; cum uerũ sit, Deum ipsum *a* optimum maximum totius boni authorem esse, osorem autem omnis mali, atque ultorem seuerissimum. Quanquam *b* proprium hominis sit peccare, ut ait D. Ambrosius *c* idque *conditionis* sit humanæ: supplicare correctionis, culpam incidere naturæ est, diluere uirtutis. vbi conditionem accipimus pro habitu carnali, quo omnes induti procliues, atq; faciles ad uitium nascimur: Hinc illud, si dixerimus peccatum nõ habemus, ueritas in nobis non est, cum similibus. Sed hæc Theologis potius relinquamus.

Natura, Veluti ex *d* nudo pacto, uel si is debeat, *e* qui iure Ciuili non obligatur: vel aliàs exceptione *f* se legitima tueatur: quia impropriè *g* debitor appellatur. Cui consequens est, si domino seruus debeat. Nam si *quod debet*, cum libertate seruo suo dominus legauerit, ut *h* effectum habeat uoluntas, de naturali debito sermo exaudiendus erit, quòd factum potius, quàm ius *k* uideatur demonstrasse. At si seruus ex ratione dominica debitori soluerit, cui tam ex naturali, quàm Ciuili causa dominus obligatur, propius est, *l* ut de Ciuili tanquam causa grauiori solutio *m* facta intelligatur, licet de hac re quoque superius diximus. Creditor tamen, si pignus distraxerit, quib. casibus licet, in quã *n* causam uelit, reputabit: ne alioquin *o* sibi officium suum esset damnosum. Quibus etiam beneficii accepti causa naturaliter tenemur, ii *p* quidem creditores non sunt, licet ad remunerandum etiam pleniori manu (ut Hesiodus inquit) quodam iuris uinculo naturali

a c. Vasis. 23 q. 4.
b Gl. perseuerauerit. Auth. cessante. C. quõ & quando iudex. infra. l. 13 §. ult.
c c. ille Rex. de pæn. dist. 3.
d l. 1. de pactis. c. 3. de pactis. extrà.
e l. Serui. ff. de act. & oblig.
f Ro. consi. 57.
g Ro. consi. 67.
h l. si quando. de leg. 2. l. uel negare. ff. Quẽ adm. test. aper.
i l. Quib. §. Domino. ff. de cond. & dem.
k l. Nõ solum. l. nec seruus. de pecul. infr. l. mulieris. §. item verb. cus rit.
l l. si is cui. §. Flauius. de solutio. l. si fideiussor magistratus. de fideiussor.
m l. in his. de solutio. l. 1. l. si quid. eo.
n l. Paulus. ff. de solut.
o l. si seruus. § Quod verò. ff. de furt.
p d. l. Debitores. infra.

turali

turali *a* astringimur, non utique ciuili: quòd is qui donat, *b* non ea mente id agit, ut beneficii sibi debitorem acquirat, uerùm, ut liberalitatis suæ munificẽtiam exerceat: cuius uoluntas in primis *c* spectanda est. Hoc hercle fatendum est, candidi, atque ingenui esse animi, agnoscere, per quem profeceris. Vsque adeo, ut Macedones, quod utique iure Ciuili quodammodo *d* probatur, actionem ingrati concedebãt. Extatque Martialis iucundissimi ad compotorẽ suum illiberalem, qui uices non rependit, carmen lepidissimum, his uerbis conscriptum.

Alterius siccas pocula, nemo tua:
Aut tu redde uices, aut desine uelle uocari.
Dedecus est semper sumere, nilq́; dare.

Qui certè in eũ quid cõtulerit, à quo beneficio sit affectus, in dubio *e* pensandi animo dicemus erogasse, *f* nec ullo modo posse reuocari. A qua tamen præsumptione receditur, causa aliqua in contrarium suadente. Inde est, *g* quòd si iussu filiç mater, quæ dotem numerauerit, sibi reddi stipuletur, non ob hoc ei, se d filiæ acquirit: Reipublicæ enim interest, dotatas *h* esse mulieres, ut maritos quçrant. Quibus quoque accedit, si nuptura *i* filiosa. dotem socero ita promiserit, *Quod filius tuus mihi debet, id doti erit*. in dubio, omne id significatur, quod filius debet: nec tantùm peculiotenus pater hoc casu tenetur. Naturæ uocabulũ multipliciter *k* capi in iure frustra est admonere.

Quod Paulus *l* Iurisconsultus scripsit, quosdam iudices fieri lege impediri, ut sunt qui Senatu amouentur: alios natura, ut surdus, mutus, & perpetuò furiosus. Vbi primùm naturam, naturalem morbum Accursium interpretari animaduertissem, tantũ spe animum

a l. Sed si hac. §. consuluit. de pet. hær. c. sunt sex. 23 q. 3.
b l. 1. de donatio.
c l. Non oĩs. ff. si cer. pe.
e l. 3. C. de lib. & eorum lib: Glo. liberti. §. 2. de capit. diminu.
Luc. 14.
e l. si uero remunerandi §. inde Papinia. mandati.
f Bal. l. si cum milri. de dolo. Iaf. consi. 1. li. num. 21. uide Alex. l. si donatione. C. de colla.
g § idemque. §. si cui. ec.
h l. 1. sol. mat.
i l. Nuptura. ff. de iure dot.
k Ares §. singulorum. de rerum diuis. Gl. e. ius naturale. distin. 1. Bart. l. 1. de pact.
l l. Cum Prætor. ff. de iudiciĩ:

mum

mum meum detinuit Sabini illius nobiliſsimi ſententia, qui *a* morbum definit, corporis eſſe habitum cõtra naturam, qui uſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. Verùm quòd ſuccurrebat, infirmitatem per quãdam concomitantiam, ac ut Chryſippus κάτα παρακολυθησιν, naturam inſequi humanam, atque ei inhærere, eius interpretationem defendi poſſe exiſtimaui. Licet hac de re, atque aliis quandoque latius, ubi locus dabitur dicendi oportunior.

a l. 1. § ſciendum. ff. de ædil. edict.

CAIVS LIBRO PRIMO AD EDICTVM PROVINC.

L. X X X I.

CReditorum appellatione, non tantũ hi accipiuntur, qui pecuniã credidere, ſed oẽs quibus ex qualibet cauſa debetur.

NON ſolùm hi qui ex perſona ſua contraxerunt, creditores appellantur, uerùm etiam *b* quibus ex quacunque cauſa debetur. Quis enim dubitat, ſi meum debitorem tibi iuſſerim *c* pecuniam nũmerare, quin te mihi teneri: licet re uera pecuniam meã nullam acceperis. Quia uidetur pecunia mihi data, & a me ad te profecta. Qua ratione fideiuſſor, *d* qui ipſe, licet a me nihil acceperit, tamen, quòd pro alio intercesſit, atque cauit, loco debitoris cẽſendus erit. Sed etſi quid mihi per ſeruum ex cauſa ſtipulationis

b l. ſi pater. ff. Quæ in fr. aud. cred. Bar. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de uerb. obl.
c l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. l. 1. §. ſi iuſſerim. de acq. poſſeſſ.
d l. Et magis. ff. de ſolut.

a l. placet. de acquir. hared. Insti. per quas personas.
b l. 1. l. siuè ff. de stip. seruorum.
c l. Multū. C. si quis alteri. l. si pactum. de probat.
d l. si seruus legatus. §. Qui margarita. de legat. 1.
e l. fideic. §. in terdū. de leg. 3
f l. 3 §. ult. de lib. legat.
g l. cū pater. §. Donationis. de leg. 2.
h l. pen. C. de nouat.
i l. Consilij. de regul. iur. Decius.
k l. 2. 3. C. quādo fiscus.
l l. inuito. C. de solutio.
m Aret. §. 1. Quib: mo. toll. obliga.
n Bar. l. ult. de lege commiss.
o l. Postquam. C. de hær. inst.
p dd. l. 1. de reb. credit.
q Bar. Alex. l. si sic. §. ult. de leg. 1.

debeatur, pari modo loco creditoris sum; eò quòd statim nostrum efficitur, quicquid serui nostri acquirunt: ita *a* ut nec momento temporis in persona serui obligatio subsistat. Adeo ut, licet in stipulatione seruus expresserit, id quod in obligationē deducitur, *sibi* dari oportere: *b* adhuc idem dicemus. Neque nouum uidetur, ut alius contrahat, alteri autem ius obligationis acquiratur; inter liberas personas enim sæpissime *c* solet euenire, nomen alterius in instrumēto conscribi, emolumentum uerò eius quod gestū est, in alium transferri. Veluti, si Sempronio se legare testator scripserit, *quod Titius illi debet*: vel *pro Titio*. Quia nemo ignorat, *d* quamuis, & Titius, & hæres testatoris Sempronio obligentur, *e* tamen ipsius legati petitionem Titio *f* competere. Proinde in quem testatoris uoluntas dirigitur *g* quàm maximè spectandum erit.

Creditor autē creditoris mei, meus quidem *h* creditor propriè nō est, sicut nec socij mei *i* socius meus est: Ideo a me inuito quod debeo, exigere nequit, nisi priuilegio aliquo *k* speciali sit munitus. Nec aliter ipse liberor ab obligatione creditoris, si eo inuito, uel ignorante creditore eius soluerim, *l* quàm si in rem suam solutio facta fuerit: uel aliàs *m* res meæ creditori suo sint obnoxiæ.

Planè, si mihi iudiciali authoritate, creditor eius mihi denunciauerit, ne illi quod debeo soluam, *n* morę causa me omnino liberatum iri, constat.

Cui actionem cedimus; is utilitatis *o* causa, prout receptum est, *p* creditor propriè intelligitur. Hinc est, quòd si lex manus iniectionem creditori permiserit, eum quoque significari proditum *q* est, cui cessio

sio fit: maximè, si tam actio, *a* quàm obligatio sit translata.

Ne autem actionis cessæ ignorantiam debitor prætendat, consultius fecerit cessionarius, *b* si id testatò denunciauerit: nomenque cessum perlegat: solutionemque tum demum faciendam interdicat. Econtra, qui nomen cessit, postea si id redemerit, nisi id quoque debitori significet, *c* aduersus eum, qui ignarus cessionario soluerit, nullum iuris auxilium sperabit.

Hi qui, Hęc verba contrahentium personas *d* afficiunt. Deque ui pronominis alii *e* plenissimè: & nos alibi *f* retulimus.

Pecuniam credidere, Ad numerationẽ hic sermo uulgò *g* refertur: quàmuis uerbis quoque credere *h* dicimur. Atque in principio demonstrauimus, Iurisconsultum hic non tam circa rem, quæ in obligatione deducitur, quàm personas contrahentiũ uersari: ad hibita nimirũ distinctione qua a superiori, hęc lex decernitur, ne contra Principale *i* oraculum, bis idem repetatur: Quod quidem *k* ferendum non est.

Causa, Atque adeo ex delicto, ut Accursius subiungit. Alciatus autem, qui uidetur ferè nobis assentire, de quasi contractu exaudit. Causam rei afficit *l* quicquid ex re, uel propter rem debetur. Propterea omne uel etiam quod extrinsecus obuenit, *m* veluti vsura, quæ ex mora debetur, rei causam attingit. Vnde, qui in omnem causam rei fideiubet, *n* de usura quoque uidetur egisse. Et causam a casu *o* deductam autumant.

Si lex *in causis dãni*, probationes iuratorias admiserit, plenius intelligitur, quàm si de damno simpliciter

a l. si elus. ab S.C. Trebel. Bald. l. 1. C. actio. & ob.
b Bar. l. Qui in alterius. de regu. iu. idẽ. l. Nomẽ. C. Quæ res pig. & in l. ait Prætor. § si quis particeps. Quæ in fraud. credit.
c l. si fideiussor. § si cum debitor. ff. mandati.
d l. Iubemus. C. de erog. at. mil. ann.
e Bar. Ias. Castr. l. Cunctos. C. de sum. Tri. Gl. § ult. l. Hæredes. ff. fam. ercisc.
f supra l. 1.
g l. pecuniæ. infra.
h l. 2. de reb. cred.
i l. 2. § 1. C. de ne bis in re eadem...
k l. si quando. ff. de legat. 1.
l l. cũ fundus. ff. de reb. cred.
m l. ex empto. § 1. de act. emp. l. vsura. i. t.
n l. Quæro. § 1. ff. Locati.
o c. Forus. de uerb. signif.

 ter

ter, uel causa damni retulisset, Bartholus *a* author est. Qui autem dicit se causam alicui delegare, tam de possessione quàm proprietate *b* loquutus uidetur. Causæque cognitionem omnem litis decisionem significare: *c* imo etiam pœnæ executionē Speculator *d* ait. Maximè si uerbis id sit expressum: etsi inter *e* scribentes hic passus conspicuus non sit.

Accipitur *Causa* nomen, quandoque pro hæredita te. Veluti, *f* cum dicimus, patris & filii unum esse testamentum duarum causarum. Cum Prætor iubeat, noxam *in eadem causa* exhibere, *g* hoc uult, ne in ullo ius actoris fiat deterius. Fit utique deterius; *h* si ex seruo liberum reus fecerit, quia cum Prætores libertatibus faueant, aliter de hominibus liberis: aliter de seruis *i* supplicium sumitur. Sed etsi capite minutus sit, vel quo priuilegio subnixus, vix est, *k* vt in eadem causa sisti uideatur.

In causa ius esse positum, respondit Iurisconsultus, *l* quoties id quod positum est in controuersia, facti quàm iuris potius quæstionem recipit. Cui Ser. Scæuola *m* in primis Iurisconsultorum abnuit respódere: q non tàm ex scripto, *n* quàm iudiciali cognitione hæc res dependeret.

Debetur, Directò, uel indirectò. Hinc apud iuris interpretes inolcuit, *o* Creditoris, quàm Crediti uerbum latiùs eminere. Quòd is cui ex delicto debetur creditor fit: & per consequens inuito, atque ignoráti debetur: cōtra iuris regulam, quæ *p* dicit, quòd in inuitum, & repugnantem beneficium non confertur. At credere dicimur, *q* cuicunque rei assentimur alienam fidem sequuti, mox ex

a l. solent. de aliment. leg.
b Gl. in distin ctè. de seq. pos sess. c. 1.
c l. De qua. ff. de re iud. Alc.
d De iudice de leg. §. sequitur.
e Bar. l. a diuo ff. de re iud.
f l. 2. §. priui. ff. de substitut. Institut. eo. de pupill. substit. §. igitur.
g l. 1. si ex no xal. l. si quis. ff si quis cautio.
h l. 3. de alie. iud. mut. caus.
i l. in seruorũ. ff. de pœnis.
k l. Cum quis. de solut. l. pen. si ex noxal. cā agit. l. Quæ an tem. ff. si quis cautio.
l l. si ex plagis. ff. ad l. Aquil. §. in Clino.
m Duarenus. §. Augerius, de verb. oblig.
n l. Voluntatis. C. de fideicom.
o l. 1. de reb. cred.
p l. in inuitũ. ff. de reg. iur.
q d. l. 1. de rebus cred.

ex eo contractu quid recepturi. Ipse existimo, creditum, & debitum pari passu ambulare, quòd secundum alios, *a* correlatiuorum lex prima sit, *b* ut uno posito, alterum statim positum intelligatur. Sicut e contra, unius dissolutio alterum perimat. Vnde, qua ratione lex debitum constituit, ubi consensus delinquentis ad contrahendum adhibitus non est; eadem etiam consensus *c* creditoris interuenisse fingitur, cui lex suffragatur, quia hoc uult. Atque hoc est quod ait, *loco creditoris esse*: & *haberi d pro creditore*. Cum id potius authoritate prudentum usuque loquendi, quàm rei ueritate inductum sit: uti ex Bartholo, *e* aliisque facile deprehenditur, etsi multa multi *f* de hac re disseruerunt. Franciscus Hotomanus Iurisconsultus excellentissimus, credere tùm nos propriè existimat, quoties idem in specie reddi oportet, veluti in contractu *g* pignoris, commodati, uel depositi. Alioquin, in creditum ire, propius est ut *h* uideamur; si modo in genere non in specie res functionem accipiat. Sed nobis ista nunc sufficiunt.

a Vide Alex. l. 1. de reb. cre.

b l. vlt. de acceptil. c. licet ex quadam. de testibus. glo. gradus.

c §. fuerat. insti. de actio. l. cũ ostẽdimus. §. ult. de fide. iussor.

d Gl. l. Merces. infra. Bar. l. si is qui. ff. de usucap.

e infra. l. prox.

f d. l. 1. de reb. cred.

g l. 2. §. 3. de reb. credit.

h l. in nauem. ff. depositi.

VLPIANVS LIBRO VI. AD EDICTVM.

L. 2 & XII.

Si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio ullo debetur contractu, sed etsi ex

delicto debeatur, mihi uidetur posse creditoris loco accipi. Quòd si ex populari causa, ante litis contestationem, rectè dicitur creditoris locò non esse.


S, ut diximus, Creditor appellatur, cui debetur, uel ex delicto. Hoc ipso enim quòd quis delinquit, pœnæ se delicti subdere *a* censetur. Propterea beatus Iob, Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. & Poeta:

Consilia b si quis destinarit improba,
Hunc necesse est præmium ferre c improbum.

Vnde Socrates in Gorgia Platonis sermocinatur, quammaximè ei conuenire, qui delinquit, vt scelere commisso, statim ad Prætorem, aut magistratum se ipse deferat, pœnam expetiturus; expetitam fortiter perferre. Fuit quoque id Atheniensibus usitatum, nō prius in quemquam pœnam statuere, quàm reus pœnam suam ipse æstimasset, nisi fraus esset capitalis, de qua notio haberetur. Hinc seruus comicus ab herili filio, quem consiliis improbis in fraudem nuptiarum coniecerit, interrogatus, ecquid meritus esset? Crucem, continuò respondit. Nec alia de re Socratem Philosoph. ad cicutam Areopagitæ condemnarunt, ut est apud Historicos, quàm quòd de genere pœnę rogatus qua affici oporteret: non pœna, sed premio, amplissimisq; honoribus decorandum; atque adeo, dignum se æstimabat, qui publicè in Prytannio aleretur: qui honos apud Græcos maximus habebatur.

Certè

a l. Imperator. ff. de iure fisci. l. quæsitum. ff. qui & à quib. Auth. ut nona constitut. §. pe.

b Glo. ult. cap. Quo iure. dist. 8. l. 1. de iust. & iure.

c c. Qui peccat 23. q. 4. versi. nam si hoc.

Terēt. in And.

Cicero de orat. lib. 1.

Certè, iure ciuili *a* hoc quoque comprobatum est, ut, nisi quis de crimine impacto iudicio suo sit conuictus, pœnam capitalem non sustineat; Quo quidem agnito & confesso, nisi Principalis *b* indulgentia remiserit, posteà, quamuis de innocentia eius constiterit, tamen sententia executioni mandatur. Atq; ita contra quendam acrius familiari sermone leges Patriæ meæ ea de causa calumniantem, ex ueterum institutis defendi. Tanta siquidem est authoritas rei iudicatæ, ut *c* cum pro ueritate habeatur quod iudex statuerit, *d* retractari non posit: semperque ei standum erit.

Delicto, Siuè *e* ex consensu partium pœna ipsa proficiscatur, siuè hæc eadem ex authoritate iuris descendat, quia creditor dicitur. Commissum per negligentiam interpres Pontificius *f* peccatum potius, quàm delictum appellat: Nostri autem ex perfido, atque infideli násci, delicto *g* attribuunt. Nec alia de causa Gentem Hebraicã pœnis legalibus esse immunem, quàm quòd primordio *h* ueritatis nitatur. Commerciumque nobiscum in ciuitate Pagani, cæterique fidei improbatę habent, ut mores christianos edocti, *i* ad mentis sanitatẽ quandoque reducti, animæ suæ saluti maturè consulant. Quorum quidem conuersionem, dum optamus, interea habitu, *k* atque uestitu peculiari, ad exemplum fœminarũ, quæ *l* sunt famosæ, legumq; laqueis propter uilitatẽ uitæ solutæ, *m* a cęteris ubiq; distinguuntur: indeque quotidie euenire, quod Vlpianus, atque Paulus Iurisconsultus Alex. Imperatori significabant: plurimum rixarum fore, quod faciles homines essent ad iniurias excogitandas. Quia & is habitum seruis specialem,

a l. Qui senten tiam. C. de pœnis.

b l. 1. ff. de quæstio. in fi.

c l. Ingenuũ. ff. de stat. hom. l. Herẽnius ff. de euict.

d l. Iudex. de re iud.

e l. Ai ul i. de pet. hæred. glo.

f Glo. c. si peccatum. de pœni di. 1. uide. Aristot. li. 5. Eth c. 7.

g Bar. l. apud Iulianũ. alias. §. l. sed si res. ff. de legat. 1.

h l. cũ filiusfa. §. Hæres. de legat. 1.

i c. Infideles. 23 q. 4.

k c. in nonnullis. de Iudæis. c. constituit. 27. q. 4.

l l. Mimæ. de Episc. aud. C.

m l. Quæ adulterii. C. ad l. Iuliã de adult.

ciale, sicut oībus in dignitate constitutis, præscribere aīo suo destinauerit, nisi ab iis cōsultus, disparitatē ue stiū, animorū quoq; disparitatē allaturā aīaduertisset.

Quod dixi, ratione delicti appellari creditorem; ad omne id extenditur, quod propter delictum accidit, quia propius est, ut id quoque debitum dicatur, *a* ueluti quod per litis inficiationem, liti accrescit, quia debitum dicitur.

Popularis, Ea popularis actio uocatur, *b* quæ suum ius populi tuetur. *Populi* nomen tàm Senatores, *c* quàm cæteros ciues continet. Populumque decem *d* homines in dubio cōstituere uisum est, sicut tres collegium. Et Baldus refert, *e* ubicunque maiestas populi minuitur, actionem popularē dari. Fereq; actiones oēs, quæ loco interdictorum successerunt, *f* his uerbis significantur.

Contestatio, Ante litis cōtestationem *g* cuique ius agendi competit. Qui prius agit, si rem pecuniariam persequatur, cæteros excludit. Si plures concurrant, *h* cæteris paribus, is est præferendus in quem Iudex consenserit. Lis tùm dicitur contestari, *i* cùm iudex causam suscipit, atque audire incipit. Ab eo tempore *k* in hæredē actiones transferūtur. Ex hoc respō so inoleuit, *l* si pecuniariam pœnam lex irroget delinquenti, actori pœnę persequutionem competere, nisi *m* aliud legis uerbis cautum fuerit. Verbum *Contestari* plurium personarum causam *n* complectitur, quæ simul concurrunt. Sicuti uerbum, Conuentio, *o* conuitium, *p* coniuratio, *q* consensus, concilium, *r* atque alia deinceps uocabula, quibus *Con*, particella præponitur. Et propterea contestari litem dicimur,

licet

a l. Contra. C. a l. l. Aqu. Gl. b l. 1. de popu. act.
c Glos. & ibi doct. §. ius scripti. de iure na. gen. & ciui. [illegible] de r. de rescrip.
d Bar. l. [illegible] §. 1. [illegible] Gl. c. 1. de elect.
e l. si quis id quod. de iurisd. om. iud.
f Gl. Rub. de popul. act. Guido pap. q. 549.
g dd. l. 1. de pop. act. et gl. d. r.
h l. 2. eo. l. [illegible] est. ff. de liberali causa.
i Auth. offeratur. C. de lit. contestat.
k dd. l. 1. C. ne ex del. [illegible] defunct. l. oēs. de act. l. 2. §. Emancipatus. de bo. coll.
l A'e. l. si quis id quod. de iurisd. om. iud.
m l. [illegible] l. pe. de iniur. [illegible]
n l. Qui testō §. ult. de testamentis. glo.
o l. 2. de pact.
p l. item apud labeo. §. conuitium. de iniur.
q 24. q. 1. c. pudenda.
r dist. 15. c. 4

licet *a* aduersarius exceptione sua utatur. Contestari etiam & is videtur, qui petitioni aduersarii consentit, atq; confitetur; *b* si modò id animo contestandi fecerit. Qui dixerit se negare in libello concepta, ita uti scripta sunt, uel alio modo: puta, quia saluum, atque integrum ius sibi fore profitetur, idem efficit. & hoc quoque Bartholus *c* probat.

Minus soluit, qui tardius soluit: nam & tempore minus soluitur.

ET meritò: quia dies *d* solutionis sicut summa, pars est ipsius stipulationis. Nec minus *e* tempore, quàm quantitate totum soluitur. Vnde intra Calendas iussus soluere, duo præstare debet: scilicet pecuniam, eamque intra calendas; quippe si alterum fecerit, *f* minus fecisse dicitur. Sicut enim plus soluit, *g* qui ante diem pretium annumerat: ita qui post diem affert, minus afferre intelligitur. Quapropter, si tibi rem meam uendidero, nisi melior conditio afferatur: etsi de pretio nihil adiiciatur, solutio tamen paratior *h* afferatur, conditio adimpletur.

An autem econtrà, minus soluisse uidetur, qui inuito creditore maturè soluendo diem solutionis præuenerit? Neque utique tardius soluit, qui præsentem pecuniam dinumerat. Quamquam palam est, *i* quòd si intuitu creditoris dies laxior sit præfinita, *k* uix est, ut in eius necem præpropera solutio *l* sit admittenda. Creditorum tamen *m* priuilegia, non tam ex tempore, quàm causa considerátur: quòd in his debiri moles

a Bar. d. l. 1. C. de lit. contest. *b* Bar. l. si domus. §. in pecunia. de legat. 2.

c Bar. l. si moram. nu. 4. de eo quod certo loco.

d l. 1. §. 2. de edendo.

e c. in ciuitate. de usuris. l. soluendo. infr. l. solidum. de solutio.

f l. Celsus. ff. de arbitr.

g §. fideiussores. de fideiuss. Inst. §. plus. de actio.

h l. 4. §. fi. ff. de in diem addict. l. 2. Qui satisd. cog.

i Bar. l. Qui Romæ. §. 1. ff. de uerb. obl.

k l. Lucius. §. testator. de leg. 2. l. si ita relictū. §. Pegasus de leg. 2.

l Decius. l. cū tempus. de reg. iur.

m l. priuilegia. ff. de priuilegijs credit.

les *a* plerunque potius, quàm personarum numerus sit inspicienda. Qui si eiusdem tituli fuerint, concurrunt, licet diuersitates tẽporis in his quoq; fuerint, *b* vt Iulius Paulus scripsit.

Soluit, Verbum soluit, est ambiguũ, ꝙ solutũ dici possit, id *c* quod debitori liberationem parat. Qua inspectione, qui tardius soluit, nõ tã soluere quàm soluere uelle *d* Bar. aliiq; putant. At si facta numeratio creditori, liberationem pręstet debitori, eò ꝙ *e* amplius peti non poterit: tùm licet tẽporis ratione minus *f* sit solutum, tamen quòd obligationis nexu sit absolutus, eo ipso fortè quòd creditor *g* de suo iure nihil protestetur, iure soluisse intelligimus. Sibi enim creditor *h* imputet, qui silentio ius suũ amiserit, *i* ꝙ etiã in publicis apochis palã ẽst, quia tribus *k* posterioribus cõmunitus, ab omni pręcedẽtis temporis grauamine uidetur liberatus: ni, ut dixi, id scædula sua quis clare prius protestetur.

Tempore, Conuento, uel legitimo. *l* Hinc est, ꝙ si vsus fructus *m* alicui relinquatur, & hæres in damnum legatarii diem legati distulerit, id omne *n* refundet. Quoties dies sit de substãtia negotii, *o* eius ratio in primis habẽda est: adeo ut qui alio tpe fecerit, *p* diuersum fecisse ĩtelligitur.

Accipitur *tempus*, interdũ pro die, & ecõtrà. Qui tribus uicibus, uel temporibus solutionem facere promittit, conuenisse uidetur, ut annua, bima, *q* trima die solutio fiat: modò aliud non appareat. Inde illud Prophetę *r* Danielis. Regnabit Antichristus per tempus, & tempora dimidiumq; temporis. Pro subiecta *f* causa itaque hæc res interpretationem accipit.

Decidi potest argumento huius responsi, id de quo plerunque

a l. Maiorẽ. ff. de pactis.
b d. l. priuilegia.
c §. 1. Quibus mod. toll. obli. l. solutionẽ. de solutio.
d Bart. hic.
e l. Non põt ui deri. infra.
f l. 4. deposi. C.
g l. si debitor. §. 2. ff. Quibus modis pig. sol.
h Bar. l. si post moram. de eo quod cert. loc. l. si rem. §. õis. de pig. act.
i l. si. §. itẽ si p̃ dixerit. Naut. caupon.
k l. Quicumq; C. de Apoch. publ. l. 1. C. de iudic.
l l. si debitori. de iudiciis.
m l. si vsusfr. de usufruct.
n l. si quis rogatus. de fideic. lib.
o Bar. l. 1. de iis qui not. infa. l. libellorũ. de accusat.
p Bar. l. denũciasse. §. quid tamen. ff. ad l. Iul. de adult.
q Bar. l. 3. ff. de an. legat.
r Gl. l. usura. C. de usuris.
f c. Oĩ tẽpore. de consec. dist. 4. glo.

plerunq; cõtrouertitur. Municipes ciuitatis cẽteris sin gulis ex contractu debitis, certã in publicum pensionẽ deferendam statuerunt. Emptor autem pretii soluen di diem à uenditore laxiorem consequutus est: an ob id minus publico pendetur, dubitatur. Quod uerius est, *a* quia minus soluit, qui in diem solutionẽ destina rit. Nam et post diem, si uenditor rem uẽditã empto ri restituat, ut communiter *b* probatum est, minus cen setur restituisse. Quod Martialis carmen his uerbis cõ scriptum innuit. Sextertia, si statim dedisses, cùm dixti mihi, sume, tolle, dono: deberem tibi, Pæte, pro ducen tis. At nunc, cũ dederis diu moratus post septem, Pæ te, vel nouem calendas, uis dicam tibi uerióra ueris? Sextertia, Pæte, perdidisti.

Iam pridem etiam, eum qui differt mercenario suo mercedẽ statutis tẽporibus numerare, sacræ literæ dã narũt: perinde ac si minus soluisset: quia, ut inquit lex Diuina, *c* ex ea animam suã sustẽtat pauper. Cuius fa cti improbitatẽ, qui scire cupit, ex *d* Tobia, atq; aliis scripturæ locis facile erit perdiscere. Reprobatq; Di uus Chrysostomus Doctor sanctissimus dispensatorẽ rei Dominicæ tardum, atq; frigidũ, qui eleemósynam in diem tempusq; egẽtis extremum nimia curiositatẽ ductus, faciendam reiicit, quia talis non tam secun dum scientiam, quàm zelum, qui cum præmit regitur. Ne scrutetur, inquit, an dignus sit, qui recipiatur & fo ueatur, quòd non ex uita eius, sed ex uoluntate tua, mi sericordia tua, mercedem retributurus sit Deus Opt. Max. quia omnino, ut alibi dicemus, hilarem, *f* id est, paratum datorem Deo placere cõstat. Sed de his satis superque.

a Bar. l. in lege Falcidia nõ habetur. ff. ad l. Falcid.

b Gl. Bar. l. Iulianus. §. si fructib. ii. §. seq. de actio. empt. Alex. consi. 28 lib. 1.

c Deut. c. 17.

d c. 4. Tobia. c. 3. Malach. c. 4. Iacob.

e c. Quiescamus. dist. 42.

f Glo. c. 1. de donatio.

IDEM LIBRO SEPTIMO AD EDICTVM, LEX XIII.

MVlieris appellatione, etiam virgo viri potens continetur.



VLIEREM à mollitie, seu inconstantia *a* mentis dictam Varro, cæterique Latini tradiderunt: Fœminam, a fœminibus, quibus corporis partibus cæteris animantibus præstare dicitur. Validissima forma quæque in fœminis præcipua est, ut ex Homero accepimus.

Refertur hoc nomen, ad omnem omnino *b* sexum fœmininũ: exceptis his casibus, quibus comodè aptari non potest. Veluti, *c* in causis intercessionum mulierum, ac etiam quibus minores, *d* eò quòd propter ætatem consensum non habeant legitimum, ne obligantur quidem: propterea, *e* nec illę S. C. Velleiani auxilio indigent. Qua ratione, pœna indicta mulieribus, quæ *f* se propriis seruis immiscẽt, eas non tenet, quæ *g* uiripotentes non sunt. Si quidem uerba constitutionis cũ effectu *h* sunt capienda. Quæ tamen doli sunt capaces, *i* uel pubertati proximę, *k* pœna extraordinaria tenentur. Hodie cum seruis hoc ipso libertas collata uidetur, quòd in eorum matrimonium *l* consentimus, ab illius Constitutionis rigore *m* receditur. nec sobole illegitima Respublica infamatur, aut familiæ dignitas *n* deturpatur. Quandoque *Mulieris* nomen accipitur recisius: uidelicet,

pro

a Gl. c. form. de uer'. signi.
b l. Argumẽto §. mulie'ri. ff. de aur. legat.
c l. 1. ff. ad S. C. Velleia. Glo. ult. l. ĩ eo quòd ff. de reg. iur.
d § nunc admonendi. quib. alie. licet. Glo. ult. ff. de nouatio. l. 1.
e l. ĩ causæ. 2. § 1. de minoribus
f C. Mulier, quæ se prop. seruo. c. piscopus 12. q. 2.
g l. pen. Quando dies legati.
h l. 1. Quod quisque iuris. Faber. § si aduersus. de nup. nu. 1.
i l. excipiũ. ad Sylla. l. Apud §. si quis. de doli excep.
k l. si quis. §. qui nõdum. de pœn. l. si Stuprũ. de iniur.
l de cõiug. ser. ext. Auth. Ad hæc. de lat. liber. toll.
m Aret. §. 1. n. 1. de nupt.
n l. 2. §. ult. C. de in ĩliẽt. uid. sol. l. 1. ff. de uẽtre inspiciend.

pro vxore. Scęuola, *a* *Semproniæ mulieri centum aureos quos mutuò acceperit, teſtator iuſsit ab hæredibus reddi.* Ex Gręcis fontibus hic ſermo deducitur, prout doctiſſimi *b* retulerunt. quòd, ut Auguſtinus ait, lib. 2. emẽdationum, *c* τῆς γλῶαικος nomine, quandoque fœmina uxor deſignatur. Nec Scæuola, ut mihi uidetur diſſentit, qui de muliere generaliter loquutus eſt, quod uerbum (ut ſupra quoque commemorauimus) tam ex uocis origine, quàm uſu peritorum omnem fœmininum ſexum complectitur. Atque adeo, ut *d* ſi ab eo relinquatur, qui legibus non prohibetur, etiam eam contineri non dubito, quæ non tam re, *e* quàm dignitate ab uxore differt: licet uerè ea uxor non ſit. Præterquam, quòd apud Scæuolam uerba relata, cùm ſint ab ipſo teſtatore obiter emiſſa, obligationem, ut dicere *f* conſueuimus, non inducunt, uel neceſsitatem imponunt.

Quapropter ſententiæ noſtræ nihil officit, quod ex Platone afferunt, *g* τῶν γλωλῶ quaſi γονλῶ appellari, ideſt generationem: Quòd hæc nominis alluſio, non ſolum maturæ ætatis *h* fœminã, ſed etiam utrunque ſexum, uel etiam uirilem continet: in quo æquè generãdi uiget facultas uel eo plus. Nam etſi *i* utrunq; corpus natura edidit, ut ſuis uicibus maneat immortale; tamen, ut Auerroes ait, atq; etiam Ariſtoteles (diſſentientib. licet Gal. atq; Auicen.) fœmina circa munus liberorũ geniture nihil diſpenſat. Quòd cũ homini potisſimũ hæc poteſtas ſit attributa, nõ mirũ, ſi τῆς γλωαικος, noĩe uel hoc uerbũ, *mulier* in ſpecta græca illa ratione latius producatur. Imò, ad animalia bruta & rationis expertia, hoc uerbum ab Vlpiano refertur. Si quis, inquit, *k* aſinum meum coegerit, ut in

equas

a l. Lucius Ti- tiu. §. Semproniæ. de leg. 3.
b Franc. Hoto.
c lib. 2. c. 1. emendat.
d Bar. l. Idem. ff. de cond. ob turpem cauſam
e l. Item. §. parui. de leg. 3.
f Gl. 1. in fi. l. 1. C. Quando non petẽt. partes.
g Io. Brechæus.
h in arg §. in his uerbis. glo. æſtimari. inſt. ad l. Aquiliã.
i l. lege 12. tab. C. de legit. hæred.
k l. ſi quis uxori ff. de furtis §. ſi quis.

equas suas τῆς γονῆς duntaxat χαρὶν admisisset, id est, sobolis causa: furti non tenetur. Quamuis ipse nō negauerim, secundum quod hic dicitur, mulieris nomen significantius, atque (ut dicam) per quandam præeminentiam, de ea sola fœmina intelligi, quæ muneri pariundi iam sit idonea: eò ꝙ præcipuū munus sit *a* mulierum, illisq; peroptatū, filios procreare: procreatos *b* alere atque fouere. unde Apostolus: Mulier autē per filiorum generationem saluabitur. c. 2. ad Tymoth.

Quibus igitur inspectis, atque cognitis, mulieris nomen ad vxorem referri propter hanc solā Scæuolæ sententiam, quam vnicam, atque præcipuam esse aiunt ad hoc probandum, ipse plane (aliorum iudicio integro seruato,) non consentio. Sed de hac re satis superque.

Quæro ipse præterea, quid si Titio & descendentib. suis masculis & fœminis immunitas sit cōcessa? fœmina quatenus intelligetur, uideamus. Et quidem, uix est, *c* ut ad eam referatur, quæ iam in domū mariti sit deducta, quòd lex de immunitate generis familiæque lata sit. Ea enim familiam *d* mutasse dicitur: cognomineque gentilitio exuto, tanquam Hectoris Andromacha, vt hodiè ubique obseruatur, mariti sui nomen induit. Priscisq; Romanis idem obseruatum ex Plutarcho patet, dum quærit, qua religione ductio pronuba, aut parochus sponsam ad sponsum domum deducētes, solemnia, atque fausta hæc uerba ei imponebāt, ὅπου σὺ Καῖος, ἐγὼ Καῖα. id est, ubi tu Caius, ego Caia. Atque generaliter uerū est, circa priuilegia quę ius commune impediunt, significationi uerborū *e* frænum iniiciendum. Sin autem in testō dotis causa, mulieribus ciuibus certam pecuniæ quantitatem, qs reliquerit, uiduas significari Cardinalis, *f* Iason, *g* &

a l. Quæritur. §. de ædil. edic. Ipudor. 32. q. 5.

b l. 2. §. ult. C. de indict. uid. tollen. c. Nasci. distin. 56.

c Bar. l. Quoties. C. de priui. leg. scolar.

d l. Quicunq; C. de re militar. l. fœminæ. ff. de senatorib.

e Inno. c. cum dilecti. de don. l. si quando. C. de inoff. testā.

f Consil. 69. 165.

g l. Diuortio. §. Quod in anno. ff solu. mat. Bald. proœ. decret.

& ante eos Baldus, negant. De primis non secundis hic sermo *a* accipitur. Sunt autem uiduæ, inquit Cardinalis Alex. *b* non simpliciter nuptæ, sed secundò nuptæ. Etsi nuptię post mortem testatoris quæcunque primę *c* appellantur. Ego potius hanc rationem probo, quòd cùm primę nuptiæ posterioribus *d* longè sunt digniores, ut ait D. *e* Hyero. atque etiam *f* Ambrosius. *Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est*, ut canit Martialis: deque iis intellexisse testatorem est uerisimilius. Præterquam quòd, cùm in uiduis calor naturalis *g* deferuescat, uirginitas maiori periculo subiaceat: huic in primis *h* occurrere honestū erit. Neque hęc nostra interpretatio coniugia desiderat numerose, sed terminis suis legitimis est contenta.

Si pater filiæ suę dotis causa legauerit, an nondum uiripotens petere possit legatum, usus loquendi *i* inspicitur. Etsi indistinctè, legitimam filiis debitam nullam diem, uel conditionem admittere, constitutio Imperialis *k*. lata de ea re plenius attestatur.

Virgo viripotens, Ea namque, uerbo *mulieris* propriè significatur Alciatus. Promiscuè tamen usurpari, suprà commemorauimus. Atque etiam in sacris scripturis virgines passim mulieres appellari Diuus August. *l* notat. Vulgò tamen, mulieris appellatio, de corrupta intelligitur. Cicero in Verrem. *m* Sanxit in posterum, qui post eos censores census esset, ne quis hæredem virginem, nevè mulierem faceret: de lege voconia loquens. Census, (ut obiter dicam) appellabatur, qui multam pecuniam, & ultra centum millia nūmū in possessionib. habebat. Quib. enim multæ essent pecuniæ, multi census æstimabantur. Idem Cicero (ut

a l. Bones. §. hoc sermone. ff.
b Rolan a Valle. consi. 68. n. 23. lib. 4.
c vide notas. per Bart. l. si ita. 43. de legat. 2.
d c. Hac rōne 31. q. 1. Abb. c. uxo ratus. de conuers. cōiug. Aut. quomod. oport. episcop. Cephal. consil. 500. pag. 261 uol.
e 31. q. 1. c. quomodo.
f li. de officiis.
g c. Viduæ. 27 q. 1. gl. f. uerb. usæ sunt.
h l. palam. glo. ff. de rit. nupt. l. qui liberos. l. Orationes. de ritu nup. gl. sufficiat.
i Bar. cōs. 200
k l. Quoniam in priorib. C. de inoff. test. Bar. l. Qui negatio-nem. §. pupillo. ff. de admi. tut.
l Genes. 2. d. c. Marito. 32 q. 2. Numeri 30. 31.
m Actio. 3. in Ver.

ait Fab. *a* Quintilianus) cùm ei obiiceretur, quòd Sexagenarius virginem vxorem duxisset Popiliam, respondit, *Cras mulier erit.* Proculusque Imperator monstrum libidinis, vt Plinius, atque Fla. Vopiscus narrant, Mætiano innotuit, centum se virgines Sarmatas cœpisse: omnes intra dies 15. mulieres reddidisse.

Virginem itaque intellige viripotentem, quæ licet uiro sit idonea, uirum tamen nondum cognouit, atq; mulieri aduersatur: secundum quod Vlpianus libro 28. ad Sabinum. Si ego, inquit, *b* me uirginem emere putassem cum esset mulier, emptio non ualebit. Atque de hac uirginitatis appellatione ueneranda, intelligitur oraculum *c* Diuinum, atque etiam Imperiale, dum ait: sicut nuptiæ terram, ita paradisum uirginitas implet. Ea autem sponsa, quę *d* annuli datione solа subarratur, licet in thalamum sponsi traducatur, si cingulum illibatum tamen seruauerit uirginale, *e* virginis adhuc nomine castissimo gaudebit: etsi authoritate Imperiali consanguineus defuncti ab ea *f* iubetur abstinere.

Si qua ui compressa, animum incorruptam seruauerit, propius est, *g* ut Virginis nomen mereatur. Vestiri tamen propter religionis reuerentiam uisum est *h* prohibere: imminens enim periculũ consensus hoc *i* piè suadet.

Apud M. Varronẽ scriptum extat, *k* Illyricã gentẽ eam fœminãuirginẽ appellare solitã, quæ toties uirũ experta, fidem nemini obstrinxit. At Romana illa uerecũdia antiqua, castitasq; ueneräda, & factis & dictis uirginitatẽ cōmmẽdat. Hinc uirgo illa Plautina, virgo sum, nōdũ didici uerba nupta proferre, Quæ prætextata uerba quidam *l* appellant: licet de ea re nondũ

inter

a li.6.c.4.

b l. Alioquin. ff. de contrah. empt.

c c. nuptiæ. 32. q. 1. Aut. de lenonibus.

d c. fœminæ. 30. q. 5.

e ff. de ritu nupt. l. denique.

f l. licet. C. de incestuos. nup.

g c. proposito. 32. q. 5. c. de pudicitia. c. illæ. ea.

h 15. q. 1. c. ul.

i arg. c. 2. de homic. l. si mulier. ff. Quod met. ca. §. ult.

k M. Varro, de re Rustica.

l Pet. Crinit. lib. 20. c. 6. de honesta discip. Budæus. anno. ff. prioribus.

inter peritos conſtiterit. Socrates etiam non niſi *a* capite uelato, carmen erubuit proferre impudicum. Sacræ autem iuſsiones, etiam oculum *b* continentem requirunt, quia ſcriptum *c* eſt, qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendũ, iam mœchatus eſt in corde ſuo.

Viripotens, Id eſt, quæ *d* nubilis, & uiro iam ſit adulta. Propriè *e* namque nubere non dicitur, quæ uirum pati non poteſt: vnde à uiro uiripotentem *f* dictam obtinet.

Sed, quid ſi nõ ſtatim à uiro, *g* ſed à uiribus nomen deductũ cõiectemur? quod ipſum temerè defendi poſſe non arbitror: eò quod ætas hæc pubeſcens, atque florida, in primis ad liberorum procreationem uigens plurimum præſtat. Atque à uiribus, Iouem apud Plautum *h* uiripotentem propterea dici conſpicuum eſt, quod arcem inter Deos potentiæ, id numen poſsidere dicitur. Cui, Venus cæteriq́ue Deorum, quòd non ſunt comparandi, ab *i* eodẽ multipotentes potius, quàm uiripotẽtes appellantur. Sin autem hæc nominis alluſio fortè diſplicuerit, (in eo enim quod maiores tradiderunt, lubet tantiſper immorari) quid ſi ab ipſa Vi, & violentia, quæ feſtucaria apud Gellium uocatur, nomen tractum dicemus? quod quotidie ſexui uirginali quædam licita uis, & uiolentia infertur. Suggerit namque illud *k* potisſimum Ver. Flacci iuris pontificii antiqui, peritisſimi, uerbum lepidisſimum, ſi hoc quid ad rem noſtram confert. Is quidem, ex ueteribus religioſum fuiſſe prodidit, nuptias uirginales feriis contrahere, ne uis fieret diebus fauſtis, atque ſolennibus. Mulieres autem uiduas ducere nulla religio uetabat, quòd nouas foſſas ferijs facere nõ liceret: ueteres autem purgare lex nulla prohibebat. Hinc non

a Gell. li. 19. c. 9. Att. noct.

b c. Nec ſolo. 32. q. 5. 23. di. c. His igitur. Gl. l. quæ d. uis. ff. ad l. Iuliã. de adul. Iob c. 31.

c c. Qui uiderit. c. non mœchaberis. 32. q. 5. c. ſicut enim. ea.

d §. 1. Inſtit. de nuptiis.

e l. pẽ. ff. Quãdo dies legat. ced.

f Gl. c. ult. de frigid. & maleſic.

g c. 2. Geneſ.

h in Perſa.

i Plau. in Caſina.

k Macrob. Saturn. l. 1. c. 15.

ſine myſterio foſſam profundam, Salomon mulierem in prouerbiis nuncupat: & græcus ſermo, qui βαθύζω νοῦς appellat, ſuffragatur; Virgiliusque, atq; etiã Plautus eodem ſignificatu, uerbum hoc paſsim uſurpant. Sed omnia ad unum recenſere ex decore legali, atque etiam uirginali neceſſe non eſt. *a*

Verbum hoc, *Potens,* Vlpianus *b* more Græcorũ, quod in primis Dom. Auguſtinus notat, ſignificatione profert actiua, Hoc modo: Si quis compenſare *potens* ſoluerit, c ndicere poterit.

Planè apud priſcos, tam Græcos, quàm Latinos, circa pubertatis tempus uariatum eſt. Xenophon, *c* cuius ſententiam ſequũtur Caſsiani, necnon Conſtitutiones *d* Imperatoriç, annum pubertatis 12. definiebãt. Proculiani autem annum 14. cui pubeſcendi tẽpus quadriennium Heſiodus adiunxit, quod olim *e* plenam pubertatem appellabant. Quintumque deinde annũ matrimonio legitimo his uerbis deſtinauit. ἡ γὰρ γυνὴ τέτορ' ἡβρώοι, πέμπτῳ γὰρ γάματο. id eſt fœmina annos quatuor pubeſcat, quinto nubat. Terentius etiam Comicus florem ętatis 15. annum conſtituit. Plato *f* 20. annum ἀκμὴν τοῦ χρόνου appellat. Anteriores Romani, *g* non ex annorum numero, ſed ex pube, *h* id eſt, lanugine; quam Græci uocant ἐφησειόν, coniugii tempus diiudicarunt. Perducebant *i* enim parentes liberos ſuos ex ueteri inſtituto ad templum Fortunę uirili ſacrum, ad 16. lapidem propè oppidũ Cynthianum ad Vallem Aegerię: eos ſacerdoti, ſeu (ut *k* Scæuola) ἱερόφιλακι, quod munus totum hodie *l* eſt matronarum, exhibebant. Qui, út Blondus ait, *m* corporib. puberenus denudatis, inter alia, morbo an uitio laborabant, pronunciabant. Quo d etiam

Plato

Plautus ĩ Caſ ſina.

a Vide Vale. Max. li. 2. c. 1. de nuptijs. li. 6 c. 3.

b l. ſi ambo. ff. de compẽſatio.

c li. 11. Oeconomicõ. 1.

d §. 1. Inſt. de nup. Gl. canonibus. c. 2. de deſponſatio. impuber. l. ult. C. quando tut. uel cur. eſſe deſi.

e l. Arrogato. de adopt. Theophilus. § minorem. eo. titu. Pan. ſt. 3. ſentẽt. tit. de teſt.

f li. 2. de legib.

g § 1. Inſtit. Quib. mod. tutela finitur.

h c. puberes. de deſponſ. impub.

i Strabo.

k l. Annua. de ann. legat.

l c. fraternitatis. c. literæ ueſtræ. de frigid. & malefic. Gl. c. pe. de probat.

m Blond. li. 1. de Rom. Triũphante.

Plato li. 11. de legibus his uerbis pbat: Aetatis, ait, ad nuptias maturitatem, uel econtra, iudex nudos omnino mares, nudas quoque ad pubem usque fœminas cõspiciens iudicet: & quæ sequuntur. At Imperator noster Iustinianus, castitatis *a* cultor religiosissimus, nõ ex aspectu corporis, quod etiam in fœminis posteriores *b* abhorrebant; nec utique ex effigie, quod quidem esset Hæbreorum *c* temeritatem, uel Caldæorũ superstitionem imitari: uerum ex annorum cursu legitimo, *d* tempus pubertatis definiuit. Atque quod piè, atque pudicè in fœminis antea prudentes nostri statuerunt, hoc ad masculos optima ratione produxit, lata de ea re Constitutione sanctissima, *e* cuius uerba hic inscribere longum esset.

Non omittã, quod de Franc. Accursio *f* ferunt: is.n. in eo legis prescripta nõ ad unguem obseruans, paulò curiosius, quàm res deposcebat, is, inquam, discipulos suos edocturus, quam rem tũm publicè in auditorio agebat, camisciotenus se nudum exhibebat, & in cathedra quomodo decoctores bonorũ, bonis *g* suis cedere solent, instituebat.

Ius autem pontificium, posthabita *h* ratione oculorum uisusque, ex effectu, ueritatem rei deprehendit, quia si is de cuius matrimonio quæritur, uirili muneri satisfecerit, pro *i* matrimonio pronunciandum decreuit. Explosa nimirum ueterum scrupulositate, aut potius *k* superstitione, qui dierum, mensium, annorumque dimensiones, aut numeros intuẽtes, curiosius insequutur. Sed hoc, ut uideo, *l* aliis quibusdam recentiorum omnino non placet. Qui ex professo propter ueterem iuris regulam, quæ dicit, *m* Nuptias nõ concubitus, sed consensus *n* facit: perinde ac statim

a §. ult. Auth. de lenonib. Gl. uirginitatis. C. pen. de probat.
b d §. 1. Quib. modis tutel. finitur.
c Bar. l. de æta te. ff. de minoribus.
d §. 1. de nuptiis. d. §. 1. quib. mod. tut. finitur.
e l. ult. C. quando tut. uel cur.
f Bar. l. ult. ff. de cessio. bon.
g Gl. §. ult. cũ ibi nos. de act. instit.
h c. His igitur. 23. dist. c. nec solo. 33. q. 5. Genes. c. 9. Gl. pudicorũ proœ. Decret.
i dd. c. puberes de sponsalib.
k Galat. 4. & gl. l. Cretionũ. C. de hæred. instit.
l Apostill. ad d. c. Puberes.
m l. Nuptias. ff. de regu. iur.
n c. Nõ. n. sola 32. q. 1.

vicissent, Hostiensem, & Præpositum condemnant, iisque, si placet, quasi læsæ maiestatis reis diem dicũt, eò quòd, etiam inter eos qui iam adhuc infantes contraxerint, modò ad liberos procreandos idonei sint, pfectum matrimoniũ contractum defendunt. At ipse respondeo, cum *a* qui pręter ætatem corporis habitu uiget, atque uegetat, quòd *b* malitia ætatem suppleat, eundem quoque præter ætatem animo, *c* atque consilio sapere esse verisimilius: multosque pcocis ingenii fuisse, & ueterũ suffragatur historia, & ut ego accipi, apud Gregoriũ de puero culpæ, & peccati reo, exẽplum extat singulare. Philosophorũq; Princeps Aristoteles de corpore specioso, ad animi virtutes non semel argumentum traducit. Atque etiam legislatores, *d* ab externa oris figura, intrinsecam animi causam, atque qualitatem diiudicant. Quæ utique interpretatio, ut interpretum opiniones non modo defendit uerum etiam confirmat, *e* ita mæchiæ sordem, infamiæ probrum eleuat *f* pietatemq; fouet. Quod quoque nobis rectius *g* uidetur.

a Abb. c. pubere de desp. Ip.
b c. de illis 2. de desponsa. Ip.
c ar. l. de ætate, et quæ ibi Bar.
d c minorib.
d l. Non sunt liberi. de statu hom. gl. cõcubinatus. c. nec sola. 27. q. 1. l. 3 de testib. l. de minore. in fin. de quæstio. Bar. l. 1. in princ. de his q. sunt. om. iud. Aret. §. Pauonum. n. 6. Insti. de rerum diuisio.
e Aret. §. 1. de emp. nu. 3. versi. & istum dicis fore ueritatem.
f Gl. 1 fraudẽ. c. ult. de frig. & malefi. l. si uxor. §. si minor ad l. Iuliam, de adult.
g Host. c. 2. de cognat. spir.

Res abesse uidentur, ut Sabinus ait, & Pœdius probat, etiam hæ, quarum corpus manet forma mutata: & ideo si corruptæ redditæ sunt, uel transfiguratæ, uideri abesse: quoniam plus est in manus precio quàm in re.

Rei

REI forma naturali mutata, quam Physici potissimum *a* inuestigant, consequens est, ipsius rei nomen protinus interire. Quis uerò dubitat, ea parte separata *b* ob quam præcipuè hominis nomen attribuitur, hominis appellationem statim desinere? Quæ profectò, ut Plato ait, si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret: quod propriè homo dicitur ea sola pars, quæ rationis particeps est. Hinc dicimus, *c* eum qui Stichum seruum nobis dare promiserit, mortuum dando nihil proficere: quòd is, qui mortuus est, in obligatione non est; atque adeò, *d* nec in rerum natura censendus sit. Debitor autem creditori tale debet mancipium exhibere, *e* cui naturalis cōditio libertatis conferri possit: & infert Cumanus propterea, qui annuos capones Domino honoris causa tenetur conferre, uiuos non mortuos præstare debet. Cui quoq; adfine est, *f* si Iudex Titium iusserit ex vrbe discedere, ita ut nunquàm in eā reuertatur, non fieri dixi quò minus *g* iam defunctus sepulchris auitis donetur: si modò aliàs delicti atrocitas *h* memoriam demortui non extinguat, aut supplicium irrogatum defuncti manes *i* non afficiat. Aliud enim homo, *k* aliud cadauer hominis censetur. Aliud item arbor, aliud lignum, quod arbore succisa, *l* tùm maximè appellatur. Proinde nouū non est, quod Bartholus scripsit, *m* si lex municipii certā æstimationem exigendā præscribat, singulorum capitum animaliū, quæ actor in ciuitatem perduxerit, nequaquam contineri bouē mactatum iam in macello dispartiendum, si aliud usus locivè consuetudo non induxerit. Nam, si uerbis propriis uti uelimus, (id utique in statutis præcipuè

a li.8.Physic.
b c. resuscitatur. de pœn. dist in. 1.
c Bar. l. si Stichus. de verb. obl. l. cum seruus. ff. de cōd. causa dat.
d §. ult. infra. e l. Qui decem. §. ult. de solut.
f l. Relegatorū § Const. ff. de inter. & releg.
g Bal. l. vniuersi. l. 2. ubi cā sis alis.
h § per contrarium. inst. de hæred. quæ ab int.
i c. is qui. de sent. exc ō. 6. gl. non potest. c. quorundā. dis. 23. l. 2. C. si reus, uel accusat. vel. c. Respōso. de sent. exc ō.
k l. 1. de cadauer. punit.
l l. 3. arb. fur. cæsar. l. ligni. de leg. 3. C. de pascu. pub.
m Bar. l. cū de lanionis. §. Sabinus. de fundo instruct.

pue

pue *a* (desideratur) quod anima caret, hominis, uel animalis appellationem non admittit, prout à nobis suprà probatum est.

Quòd si de forma, uel facie rei extrinseca fiat controuersia, habet hæc res causam longè difficiliorem. Verbi gratia, ex auro meo scyphum, ex melle meo mulsum, uel ex lana mea uestimentum fecerit. Quia non otiosè quæri solet, an materia specificationi cedat; uel econtra, an species materiæ. Et Sabiniani *b* retulerunt, dominum, qui fuit, adhuc materiæ permanere. Proculiani contrà: formæque rem cedere existimauerunt. Imperator aũt Iustinianus rerũ æquissimus moderator, distinctionis fœdere nodũ soluit Gordianũ. Nam, *c* si ad prima sua initia res reduci possit, tum Sabinianorum sententiam tãquam ueriorem probat; eo quòd nulla species sine re, *d* uel materia effingi possit. Alioquin Proculianorum opinionem præualere uisum est. Siquidem res commutata, alia ab ea quę fuit, statim esse intelligitur. & quodammodo, quod antea nullius fuit, incipit esse occupantis, prout etiam Nerua *e* Iurisconsultus sentit.

Ex hoc inferunt scribentes, *f* statutum puniens frumentum è Regione exportantem, non esse intelligẽdum de eo, qui farinam traduxerit: quòd frumentũ aliud sit a farina, sicut res, quæ formæ suæ commutatione, nomen quoque permutasse dicitur: licet Bartholus, *g* aliiq; eum insequuti, rationem legis potissimum inuestigantes, aliter pronunciant. quorum assertio nobis placet, quòd *h* uerisimile sit statuentes, si interrogarentur, de farina referre uoluisse; atque ita ẽt Aretinus concludit. Alia tamen rõ est, in uino legato, nã licet uini, atq; aceti eadẽ utriusq; propè sit

a l. 3. §. Hæc uerba. de neg. gest.

b § Cũ ex aliena. de rerum diuisione.

c l. Quæsitũ. §. illud forsasse. de legat. 3.

d l. Adeo. § cũ quis. de rerum diuis.

e d. §. cũ quis.

f Alberic. de Rosat. 2. parte statut.

g Bar. d. §. illud. et l. si cui. de leg. 3.

h l. Tale pactum. §. ult. & ũ gloss. ff. de pactis.

ουσίᾳ, vt loquuntur *a* Iurisperiti: tamen acetum non contineri puto, nisi id testator *b* uoluit: uel euidens ratio subsit. Sed de hac re, atque aliis similibus, multa *c* passim referuntur apud scribentes, nec nostrã breuem, & præcisam interpretationem agnoscunt.

Mutata, Sanè, si res eadem cẽseatur, cuius nomen atque species *d* adhuc permanet, quod quidem sæpius diximus: Agathamq; *e* ancillã propterea legatam dicemus, quæ Agathæ priori substituitur, uel subrogatur; ac demum Posthumũ hæredem recte institutum, *f* qui ascitus sit in locum posthumi demortui: ita ex diuerso, facie, causavè rei commutata, aliam atq; aliam esse necesse est dicamus. Formam *g* namque rei nomen tribuere propè, axioma decantat vulgatissimum: qua quidem perempta, rem ipsam uideri sublatam palam est. An hoc sit perpetuum, videamus. 1 Finge rem legatam, testatorem in aliam speciem transtulisse: forte quòd ex poculo massam; uel econtra, ex mãssa poculum fieri curauerit: Imo forte vsum rei duntaxat in aliam causam, seu usum elegantiorem transtulerit, quia legatos uniones diuus uestimento adiecerit, aliis quoque additis. 2 Item ex Coco seruo, textorem reddidit. Respondi, 1 prout suprà responsum est, Et si, quod 2 pertinet ad sequentem causam, licet serui ministerio cõmutato, idem mancipium intelligatur: tamen, si de officio in officium fiat transitio: uel de officio in artificium, aut econtrà, differentiam alii, *h* non uulgarem constituunt.

Res quoque nostra quandoque pretiosior reddita, tamen abesse intelligitur: quia, ut ferunt, beneficiũ *i* in inuitum non confertur. Nam præterquàm, quod qui

a l. in uenditionibus. de contrah. emp.

b l. si quis. §. 1 ff. de uino leg.

c Bald. l. 2. C. de peric. et cõ. idem l. 2. de erog. ann. milit.

d l. proponebatur. ff. de iudiciis. C. de codicill. l. si idem.

e l. filia. §. Attia vxor. de condi. & demõ.

f l. Placet. ff. de lib. & posthu.

g l. Iulianus. § sed et si. ff. ad exhibend.

h Bar. l. Seruum filii. de lega. 2. & d. §. illud.

i l. in inuitum. ff. de reg. iur.

qui ex puero uel seruo meo eunuchum fecerit, *a* pœna capitali tenetur, accedit quòd mihi etiam Aquiliæ leg. *b* actione obligatur. Quinimo interdum, nec Domino prędiorum, quorum usum habeo, *c* in meum dispendium facere meliora permissum est.

Qui autem *d* fundo seruitutem, uel religionem *e* iniecerit, rem depretiare uidetur: quia & hoc atque aliis modis, quos ad unum recensere superstitionis esset, res abesse dicitur.

Corrupta, Quod uerbum generale, *f* ad ea quoque refertur, quę Prætor edicto suo de seruo corrupto complectitur, siuè *g* id animi, siue corporis uitium sit. Et uerum est, rem depretiatam peti posse, quoties *h* id bona fides desiderat. Veluti, si equum, uel mulum conductum domino deterioratum conductor *i* reddiderit. Vel si uirginē emptam uenditor tradiderit deuirginatum, ut Pauli uerbo utar; *k* nisi opinione *l* falsus, pro uirgine mulierem uendiderit. Idem, si uinum inspurcauerit (sic enim legislator *m* loquitur,) uel ante traditionem, uenditum mancipium, ut statim intercidat, *n* uenenauerit. Sed etsi testamentum deleuerit, tabulas deraserit, lancem, uel scyphum collidat; quia hæc quoq; singula corrupti uerbo contineri nemo ambigit.

Manus pretio, Id est, ut Accursius ait, opera seu artificio. Manu sati fructus, *o* ii intelliguntur, qui naturales nō sunt, uerum opera & cultura assidua nobis proueniūt. Vlpianus libro 3. ad edictum, *p* precium operæ, inquit,

a l. 4. ad l. Cornel. de falsis. l. 1. C. de eunuchis.
b l. si seruus. §. etsi puerum. ad l. Aquiliam.
c l. fi. de usu, & habitatio. l. Mæuius. §. in fundo. ff. de leg. 2.
d l. Etiā. ff. de solut. l. Huiusmodi. §. ædes. de leg. 1.
e l. filiusfa. de rē uers. Insti. de rerū diuis. §. Religios.
f l. 1. d. si quis seruum. ubi gl. de ser. corrup.
g l. Cum autē. § 1. de ædil. edic. l. Aediles § 7. eo.
h l. 3. §. reddita. ubi Bar. ff. commodati.
i l. Qui isulā. § Qui mulas. ff locati.
k l. ult. de off. Præsidis.
l Ex' er. §. sunt et aliæ. de inspe.
m l. si seruus. §. inquit. ff. ad l. Aquil.
n Gell. li. 6. c. 14. Noct. Atticarum.
o l. Cum manu sati. l. Qui fun dum. §. pen. de contrah. empt. l. primus. §. fossa. de aqua plu.
p l. Cum duob. ff. pro socio.

quit, artis est uelamentum; quia exemplo eius quod *a* in partiariis effingitur, fructus percepti operam artemq; refundunt. T. Liuius; Nec opera sine emolumento, nec emolumentum seruis sine impensa opera est. Et *b* Pontifex Innocentius per manus Episcopi, opera eius sacra significauit, secundum quod *c* scriptum est: Manus meæ distillauerũt myrrham, & Hierem. Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum, i. bonis operibus tanquam alis, ieiunando, scilicet, & eleemosynas erogando. Operetur, inquit, bonum erga omnes, *d* maximè circa domesticos fidei, *e* quòd (ut D. Ambrosius ait) *f* Grandis est culpa sua, si se sciente fidelis egeat: præsertim qui egere erubescit. Nam & Gregorius, Marianum Episcopum reprehendit, *g* quòd lectionibus & orationibus asiduis ferueret, manu autẽ frigeret: quia manum largam, pro causa, *h* loco, & tempore habere debet, aliorum *i* necessitatibus succurrendo, quorum inopiam suam existimare debet. Hoc nisi agat, (ut subdit uir diuinus,) in uacuum tenet nomen Episcopi: quod quoq; Diuus Chrisostomus *k* innuit. Sed eorum instituta sacratissima, quanta religionis obseruantia, tua in primis Amplitudo custodierit, Princeps Presulq; religiosissime, omnes norunt, ut potè ad cuius dexteram sanctissimam, qui sunt infortunii repentinis casibus obruti, tanquam *l* ad Regem Dauid, de quo in sacris *m* literis, salutis causa quotidie confugiunt. Et sanè, quod ad meipsum attinet, tacere nequeo, quominus apertè fateor, me tantum nomini tuo Illustrissimo debere, ut post Deum immortalem, in his Vrbis, seu potius Orbis temporibus contagiosissimis, uitã meã ei acceptam ferã. Nam, cùm immanissima lue undique grassante omnia essent usque

a l. si p(ro)cisset. da. C. de pact.

b c. 1. de sacra Vnctione.

c Cant. 5. b. Hierem. 3.

d c. Non satis. 86. dist.

e Gala. 6. c.

f ibidem. d. c. Non satis.

g c. Fratrem. eadem dist. 86.

h d. c. Non satis. & Gl. modica. l. sed etsi suscepit. de Iudicijs. Gl. ult. in sum. 39. di.

i c. in nomine. dist. in. 73. Leo Pontifex Sermo, 5. de collectis. c. 15. Deutero. b. Matth. 8. Sap. 6. Re. 2

k c. Alligant autem onera. 26. q. 7.

l c. omnis qui. 7. q. 1.

m 1. Regum. c. 22. a.

adeò affecta, ut in Ciuitate Orbis terrarum liberrima cuiquam liberò liberè uix ſpirandi facultas eſſet reliqua, tamen tanta tua in me éxtitit ſingularis benignitas, atq. incredibilis ſtirpis naturalis bonitas, quæ nõ ſolùm ad otium honeſtiſsimum, & literarium ſalutem mihi conſeruauerit, uerùm etiam ad ipſius otii mei rationem publicè reddendã, animum mihi hoc tempore in primis addidit. Neque adeò hæc ſcribo, quòd non multi boni, atque optimi uiri quos plurimos habet hæc Ciuitas florentisſima, nobis quotidie fauent, aliqui etiam tùm nobis re ipſa profuerunt, quorum humanitati gratias habeo: uerùm, quòd nemo promptior, nemo *a* alacriori uultu, ubi cauſa tam honeſta ſubeſt, impendit, in eo profectò apud omnes in primis tua elucet Patriarchalis, & planè regalis animus, dignus non ſolùm qui ab hominibus ſuperſtes coletur & ametur, uerum qui in cęlis poſt uitam, quam cupio diuturnam, cum Diuis in Regiminis partem ſanctiſsimam cooptetur. Vetus eſt dictum, atque etiam à noſtris receptum, bis dare qui citò dat: ſecundum quod Poeta,

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Deque tua celſitudine intelligentes, ubique aiunt, Beatam eam eſſe ciuitatem, ut Plato ſcripſit, in qua, qui imperant ſunt philoſophi, aut imperatores philoſophantur: exiſtimantes, hanc Rẽp. Inclytiſsimam nihil habere ſanctius, nihil religioſius, quàm geniũ tuũ, tanquam tutelare numen, quo uiuo, charitas, quæ penè ubique deferueſcit, *b* ad Dei optimi gloriam hominumq; ſalutem tuiq; memoriam fœliciſsimam conſeruatur. Sed ne uerborum aucupiis ſapientisſimi Principis gratiam uidear uelle promereri, unde digreſſa

eſt

a Gl.c.1.& de na.l.c.1.ſ. Ecclesi 35 b.

b Mat. 23.

est oratio tandem aliquando reuertatur.

Accipitur *Manus* uerbum, pro Potestate & Imperio Magistratus, patris, uel domini. Hinc *a* Pomponius: *Initio Ciuitatis omnia Manu a Regibus gubernabantur.* Quo imperio, alma hæc Respublica Veneta utitur, ut interpres *b* noster ait, quem M. Mantua Benauidius Iureconsultus Illustrissimus, Comes, Dominus ac Præceptor meus obseruandissimus, olim in Auditorio suo florentissimo Patauino legens, solitus est referre. Atque ad hoc, illud Ouidii,

Heu, nescis, longas Regibus esse manus?

Passimque apud *c* classicos authores *Dare manus*, pro se submittere alterius potestati, ut consuetum est uictis, se uictori offerre, licet id *d* indistincte iure ciuili non probatur neque permittitur. Hinc a manu, id est potestate, deducitur *manumissio*, quæ tàm ad filios *e* quàm seruos refertur idque propriè, origine uocis maximè repetita, ut & alii *f* perhibent.

Longam manum, aliàs pro circuitu *g* & indirectè vsurpat legislator. Cui opponit *breuis manus*, quæ *h* recta uia atque per compendium datum significat.

In sacris Constitutionibus, *manus impositio* dicitur, quæcunque in hominem oratio, *i* ab eo qui sacra facit, oblata. Appellatur etiam *manus k mortua*, apud interpretes, quod nos ueteri uocabulo, *iniectionem manus* nuncupamus. Cuius apud nostros Iurisconsultos *l* frequens fit mentio, excepto, quòd si quis maluerit successionem appellare, ad imitationem *m* iuris patronatus circa bona ipsius liberti, per me licebit: eo quod Colonus, si sine liberis decesserit, *n* statim in bonis suis dominus manum iniiciens sibi retinet.

a l.2. §. 1. de orig. iuris.
b Accurs. l. creditor. ff. si cert. pet. Bar. l. Rerum. ff. Rerum amot.
c Cicero pro Mure. Horat. in Epod.
d Bar. l. 1. §. volēti. ff. de iniuriis. adde D. Guid. Pãcirol. consi. 153. nu. 13. 14.
e l. 2. de off. p. consul.
f Aldobrandi nus. §. ptereа. Inst. Quib. modis pat. potest.
g l. pecuniam. ff. de solutio.
h l. licet. de iure dot. l. ult. C. de emancipat. liber.
i c. manus. 1. q. 1. de sacrament. non reit. c. ult.
k Host. in summa: de nat. in libero uentre Ioan. Fab. §. 1. quib. mod. patr. po. sol.
l l. pe. de seru. exp. l. causam. §. puellam. de manumiss.
m Inst. de succ. liberti.
n Guido Pap. q. 361.

Manum uerò conserere, non nisi corā Prætore conten dentes solebant. eiusque formulam priscam Aulus *a* Gellius quàm qđ hic referri debet, plenius annotauit.

a li. 20. c 9. noct. Attic.

Sed quid si edictū grauiter in eū animaduertat, qui in ecclesia, uel in foro, *Manus cuiquàm intulerit*, an eū, qui dentibus lancinàuerit, præscripti uerbis contineri dicemus? palam enim est, & hunc *b* uim commisisse. Filii *c* hominum dentes eorum arma, & sagi: Græcique sermonis ratio προσφέρειν τὰς χεῖρας, tantundem infert. Atque ita ex facto consultus Bartholus *d* respondit.

b l. 1. Quod ui aut clam. gest.

c c, non putaui e c. periculo è. de pœn. dist. 1.

d Consi. 106. in nouis.

Certè cum de abscisione manus, reo infligenda, iudiciale oraculum fuerit promulgatum, licet naturali ministerio, ut Plato ait, manum utramque fungi, ipse quoque crediderim: Tamen quòd ex Philosophantium scholis, id est receptum, *e* ut motus ipsius principium a dextris potissimum proficiscatur, non abs re tanquam de pœna mitiori, *f* læuam manum esse mutilandam pronunciandum *g* erit, & ita Bartholus, atque Castrensis *h* prodiderunt. Quibus addendū erit, quòd si is cui pœna indicta sit, scæua, *i* sit, tum non naturam, sed ipsum euentum, sicut *k* aliis causis iuris plerisque inspiciemus.

e Bar. tractat. de armis, & in fig.

f l. in pœnis. de reg iur. l. in interpretatione. de pœnis.

g Glo: articuli §. li. Auth. ut nul. iudicet.

h Auth. Sed nō uo. de ser. fug.

i l. Qui clauū. de ædil. edic.

k l. 1. § Bestias de postulando.

Quòd si expresse dextram iudex nominauerit, & læuam tantum habeat condemnatus, extraordinaria pœna afficiendum esse Barthol. *l* existimauit. Sin autē arida sit ea manus, quæ mutilanda sit, dubitationi locus uidetur, etsi uerum est, aridam manum corporis membrum esse, sed sine sanguine: sicut fides sine operibus, quæ uerè fides est ut author quoq; Diuus est *m* Augustinus:

l l. Hos accusare. § omnibus. de accus. t. i o.

m c. sicut urge ri. 1. q. 1.

§. De-

Desinere autem abesse res tunc uidetur, cùm sic redit in potestatem, ne amittere possessionem possimus ob hoc quòd furto pridem subtracta est.

INTERPRETATVR Iurisconsultus, quando res in potestatem domini uidetur rediisse. Reuersa, *a* inquit, tùm res censetur, quãdo possessio nostra ob hoc quòd nobis aberat, deterior facta non sit. Nec sufficit non corruptam reddi, si aliàs *b* ius rei sit diminutum: uel *c* à nobis res auferri possit. Quod euenit, cum ui retineamus, aut *d* ex causa uiolẽta pœnes nos esse incœperit, quorũ hic quoque Alciatus meminit. In his autem casibus quòd ad rem restituendam *e* obligamur, adhuc res abesse fingitur.

At, quid si ex causa commodati, uel pignoris, res nostra apud nos esse cęperit, an adhuc reuersa intelligitur? Planè, nisi nostram esse nouerimus, uix est *f* ut reuersa uideatur.

Amittere, Quod verò nobis inuitis auferri possit, propriè *g* nostrum non est. Male enim quod possidetur, vt Diuus Augustinus ait, *h* de usuris loquens: id totum alienum dicitur. Vetus namque iuris regula est, *i* nõ videri cœpisse, quod quis restituere necesse habet; ita ut non temere uidebor hanc possessionem caducam aut *k* festucariam appellare: uel propius & ridiculosius asininam, ut & Accursius *l* nominat.

Possessio, Possidet, qui per alium habet: idcirco, si ad tutorẽ, uel curatorẽ *m* pupilli

a l. Sequitur § Quod autẽ. ff. de usucapio. *b* Bart. l. 1. § Qui autem. ae ui & ui armat. *c* l. non quocunque de ega. 1. *d* l. si quis. § Sed hæc. de praescrip. 30. Ann. l. 2. de condict. triticar. in fi. l. vitiosa. C. de acquir. possess. *e* c. Sæpe. de restitut. spol. ibi Ripa nu. 90. Iason. l. non dubium. C. de legibus. Ripa. l. 1. nu. 20. Quorũ legatorum. *f* l. Qui fundũ. §. furtiuã. ff. pro emptore. *g* l. Rẽ in bonis de acq. rei ũ do. *h* l non uidetur. de acq. poss. *h* c. Quid dicã. 14. q. 3. *i* l. non potest uideri. de reg. iur. *k* § si autẽ. de nõ. l enãd. uel permutand. *l* Gl. L. Rẽ alienam. de cõtrah. emp. Rol. a Valle consil. 8. nu. 29. lib. 4. *m* d. l sequitur § tunc. §. si pupilli. l. interdũ furt. §. ulti. de furtis. l. 1. de acq. poss.

pupilli res reuertatur, abesse desinit, licet id pupillus nescierit. Vsufructuarius quia *a* non possidet, nec vtiq; possidere desinit. Is enim fructus *b* non nisi perceptos, id est, *c* a solo separatos possidet. Cui & illud Bartholi assipulatur, *d* Ait lex: Capitali pęna plectatur, *qui rem alienam surripit*. Conductor de fructibus fundi furtim succisis, iudicio capitali reum non aget, quòd donec fundo cohæreant, *e* fructus sui non intelliguntur. Res *f* quandoque in potestatem dicitur rediisse, cuius exhibendæ facultas subest. nomenque Potestatis multiplex esse, *g* suo loco apparebit.

Desinere, Habet hoc uerbum, *Desinere*, in se causam perpetuam, *h* Qui filii penitus è sacris parentum eximuntur, in potestate sua esse desinere dicuntur. Quapropter uerba Senat. Cõsulti, *si ex liberis quis in Ciuitate esse desierit*, interpretatur Pomponius *i* eum significari, qui in ciuitate perpetuò esse desierit, non utique si ab hostibus captus fuerit, *k* cuius reditio adhuc est in pendenti. Quia hoc casu, non tam finitur patria potestas, *l* quàm cessat. Quandoque id quod *m* non dum incœpit, desinere tamen dicitur, sed hoc impropriè: quia priuatio habitum præsupponit *n* vt uulgò dicimus. Et Aulus Gellius, *o* nõ insubtiliter negat probro affici, qui interrogatus, an furtum facere desierit, simpliciter inficiatur: quòd præcisè non sequitur, eum qui furtũ facere non desierit furtum perpetrare: captionemq;, ut dixi, hoc argumento uersari, planè negat. Verbum *sinere*, idem significat quod permittere. Si *p* in lege locationis expressum fuerit, ne redemptor syluam cęderet, cingeret, uteret, nevè quem cędere, urere *sineret*.

Non

a l. sciendum. ff. qui satisd. cog. l. 1. §. Quod ait Prætor. ff. Quod legator. ñ.
b §. is uero. de rerum diuis.
c l. si eius. ff. de rei uindic.
d Bar. l. si fur. ff. de usufr.
e l. fructus pendentes. de rei uindic.
f l. Quoties. §. Prætor. l. si seruus. §. 1. de nox. act.
g l. Potestatis. infra.
h l. Patre furioso. de ijs qui sui sui. l. Stichus. de ma. testã.
i l. 1. de assig. libert.
k l. in quæstione. gl. rata. C. de sent. pass.
l l. Qui homine. §. area. de solut.
m l. 3. Quemadmodũ vsusfr. amitt. l. 7. i. q. vsufr. ff. de cõd. & dem.
n l. Decẽ. ubi Bar. de uerbo. l. manumissio. de stat. homi.
o lib. 16. c. 2. Noct. Attic.
p l. in lege. ff. locati.

Non hoc solum colonus præstare debet, ne ipse quid eorum committat; sed curare debet, *a* ne quis cædat: sic etiam libro septimo digestorum Alfenus retulit.

Furto, Idem si nõ furto, sed ui res possideatur, lege enim Iulia, & Plautia *b* usucapi ea res prohibetur. Sed etsi quo alio modo possidere lex *c* uetet, quia usucapio non procedet: nisi in causam pristinã ea res redierit. Sed etsi ex contractu *d* fiat redhibitio, tum reuersa intelligitur, distinctione habita de qua suprà, an rem nostrã esse sciuerimus, alioquin abesse *e* magis est.

Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.



ABESSE dicitur, *f* atque (ut aiunt) *g* propriè, cum qui fatis concessit. Ego autem, ut uerè quis abesse dicatur, prius ut sit *h* necesse esse existimarem. Qui enim iam humanis rebus sunt sublati, ii *i* nec esse intelliguntur. Argutè itaq; Gymnosophistæ, ab Alexandro (ut *k* ferunt) mortem comminati, ni quæsitis uerè respondissent: dum rogaßet, an essent plures uiui, quàm defuncti, de uiuis duntaxat retulerũt; quòd *l* mortui, qui esse desierunt, propriè iã non sunt, sicut Atticus apud Ciceronem disceptans, probat. Vnde Plautinus ille, *m* Omen ego, inquit, pro nihilo esse duco, quod fuit, tanquam quando animam efflauit. Quid eum quæras qui fuit? Lycurgus tamen, Rex Spartorum in Cretam migraturus, populum

a l. facere non oportere. infra. l. ult. de reb. cre dit.

b §. Quod autẽ. de usucap. Inst.

c l. pen. ad l. Iuliam pecul. l. eã lex. ff. de usucapio.

d l. Põponius. ff. de acq. poss. §. 2.

e l. Qui fundũ. ff. ult. pro. emptor.

f Glo. c. susceptã. de resc rip. in 6.

g Io. Brechæus hic.

h l. Quidam referunt. ff. de codicillis.

i l. si decesserit ff. Qui satisd. cog. Eccl. 6. B.

k Plutarch. in Alexandro.

l c. Conuertimini. §. Hinc et. de pœn. dist. 1.

m in Persa.

pulum religione ſacramenti obſtrinxit, ne leges datas contemnerent, donec in patriam rediiſſet, atque quò omnis abſit calumnię ſuſpicio, poſt mortem cineres in mare ſpargi, uiuus præceperat: perinde, ac niſi penitus cadauer exinaniret, iubeſſe uideretur.

Quòd autem ex authoritate Pontificis Bonifacii *a* contendunt, qui contrarias partes tuentur, nihil officit. Nam, licet his uerbis abfuturus, quis cauſam remque omnẽ ſuam alicui delegauerit, *Quoties abeſſe contigerit*, mortis cauſa quoque contineatur, id eo fit, quòd qui in uno caſu ſibi proſpexerit, ueriſimile eſt etiam in alio caſu *b* licet non expreſſerit, præſertim eadẽ ratione militante, conſulere uoluiſſe. Prǫterquã, quòd uerbum hoc, *Cenſetur*, in contextu poſitum, fictionem non ueritatem inducit. Quibus quoque accedit, ꝙ *c* ab hoſtibus capti, cum ſint loco mortuorũ, non uidentur abeſſe: ſecùs ſi *d* à latronibus detineantur, q nihilominus liberi manẽt, nec ſerui efficiũtur.

Corpore autem præſens, ſi tamen quod actum eſt, non intelligit, utpotè *e* ſomno grauatus, uel ualetudine prępeditus, *f* aut alio mõ, abſentis loco eſt. Terentiusque Comicus ſub perſona amatoris, amicã ambientis, his uerbis alludit in Eunucho. Cum iſto milite præſens, abſens ut ſies: ideſt, corpore quidem præſens ut ſis, cæterum animo aliena.

Quod ſi quis diu *g* non cõpareat, is utique ei aſſimulatur, qui uita ceſſit. In utero autem adhuc exiſtens, *h* quoties de eius commodo agiť, pro nato intelligitur. Fugitiuus, *i* qui conſilium fugiendi retinet, uerbo abſentis intelligitur: emptorique uenditorem quaſi euictionis nomine teneri, uerius eſt. Quo argumento, nec ciuis cenſetur, *k* qui ab Vrbe diſcedendi animum

a c. ſi delegatus. de offic. delegati.
b l. Titius. §. 1 de lib. et poſth. Gl. l. Tale pactum. de pactis. ad l. Gallus.
c l. ſeruitutem de reg. iuris.
d l. nihil. ff. de capti. l. abſentẽ. infra.
e l. Diem. § coram. de arbitr. l. Coram. infra.
f l. furioſo ff. de re iud. l quidam. eo.
g Bar. l. ei ſi certa. §. ſi uxor. ff. ad S. C. Sillanian. Boerius Deciſ. 83.
h l 1. de uētre inſpiciẽ l. l. qui in utero. de ſta tu homi.
i l. Iulianus §. item qui fugẽ. ff. de act. empt. Gl. abeſſe. l. 1. C. de ædil. acti. l. 2. ff. ad l. Fa.
k l. poſthumi. ff. de capt. & poſtli. l. ex facto. §. uerũ ſta licarum. de hæred. inſt. arg. l cutepe. de mi li. teſtã. Cran. l. 1 nu. 76. de legat. 1.

mum retinet; licet is in ciuitate adhuc nobiscum egerit. Quamquam obscurum non est, *a* causam dominii fugam minime commutare: quòd *b* loci mancipium nec esse desinit, unde aufugerit: ne *c* sit in eius potestate nos possessione priuare. Quæ utique religiosa sunt, *d* atque Deo Opt. Max. cõsecrata, rebus quoque humanis cẽsentur ablata: quòd è commercio hominum sunt omnino exempta. Hinc passim mortui appellantur, *e* qui monasticę, atque solitariæ uitæ instituta profitentur: si quidem humanis negotiis penitus *f* arcentur: frumentationes, agriculturam, *g* uenundationes, atque id alia exercere, quibus diuinis officiis seducantur, prohibentur. Secularia namq; negotia non solùm periuriis mẽdatiisq; *h* uiã parant, sed etiam animum religiosi *i* quietũ perturbant, atque diuertunt. Scriptum enim est, *k* quoniam nõ cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini.

Rebus humanis, Qui *l* mortuus est, rebus humanis abesse dicitur: aliàs *m* ingressus uiam uniuersę carnis. Interdum, e medio *n* sublatus: quòd inter cœlum & infernum, tota *o* hæc uita nostra sit cõstituta. i. inter bonos & malos. Et uulgò, humanum dicimus, *p* quod est a diuinis separatum. Omnia (inquit *q* Imperator) in memoria habere, & in nullo penitus peccare, diuinitatis potius est, quàm mortalitatis. i. humanitatis. li-

a l. rem quæ. ff. de acq. poss.
b l. Huiuscemodi. §. legati. de leg. 1.
c l. Pomponius. § 1. de lega. 1.
d §. Religiosa. de rerũ diuis. Inst. l. filiusfa. de ĩ rem uerso.
e c. Placuit. 1. 2. 16. q. 1. c. si seruus. glo. triẽnium. dist. 54.
f Ne clerici uel monachi. extra. & 2. Tymoth. c. 2. c. quoniã. dist. 10. c. consequens. di. 88.
g arg: l. Milites qui. C. de re milit. l. Milites agrũ. ff. eo. c. nõ oportet. de consecrat. dist. 5. Abb. c. sicut. 2. de homic. c. si quis in clero. 7. q. 1. Isa. 8.
h dist. 88. per tot. Eccle. 26. Hier. 48. 59. 2.

i c. Generaliter 16. q 1. c. suggestum. de Decimis.
k Psal. 70. cap. 2. dist. 38.
l l. penul. Quæ sentent. rescind.
m l. si subdelegato. de off. deleg. 6.
n c. licet. eo.
o c. Hæc autem, 2. 3. quæst. quarta.
p c. semel. de reg. iur. in 6. Aristoteles, lib. 7. Ethicorum. c. 1.
q l. 2. C. de veter. iure enucle. §. si quid autem. §. Sed quia diuinæ.

a Gell. lib. 13 c. 27.
b. Glo. perseuerauerit. l. Consentaneum. C. quomodo, & quand. index.
c c. ignosci. distin. 8.
d l. uerbis. inf.
e c. 15. lib. 13
f l. in tempus. ff. de hæred. lib. insti.
g l. 4. de in ius uocãdo. l. si fuerit municipio. de legat. 3.

cet *a* Frontoni, id uerbum uidetur uberius: Inde *b* humanum peccare, diabolicum perseuerare, *c* angelicum emendare. Quoties in iure dictum sit, inter sententias controuersas locum fore humaniori; hoc uult, non tam in ea re uerborum proprietati inhærendũ esse, quàm interpretationi *d* prudentum. Quod ipsum Varro lib. primo rerum humanarum his uerbis confirmat. Praxiteles (inquit) qui artificium egregium, nemini est paulum modò humaniori ignotus, &c. Humaniori, inquit, non ita ut uulgò dicitur, facili & tractabili, & beneuolo. Tametsi rudis literarum sit (hoc enim cum sententia nequaquam conuenit) sed erudítiori doctiorique qui Praxitelem quis fuerit, & ex libris, & ex historia cognouerit. Hactenus Aulus *e* Gellius lib. 13. Noctium Atticarum; perinde ac, non nisi æquitatis trutina, quæ in animis sapientum, atq; doctorum uersatur res temperamentum acciperet. Atq; ita beneuolentiæ nomen apud Modestinũ ipse exaudio. *f* In tempus capiẽdæ hæreditatis, institui hæredem posse, benignitatis est. An id tamen generaliter in iure obtinet, non est huius loci definire. Hoc hercle constat, uerba hæc, Beneuolentiæ est, honestius est, benignius est, humanius est, atque huius farinæ reliqua, dispositionem *g* inducere.

PAVLVS LIBRO OCTAVO AD EDICTVM, L E X XIIII.

HAbeo & Sabinus existimant, si uestimẽtum scissum reddatur; uel res corrupta reddita sit, ueluti scyphi collisi, aut tabula,

bula, rasa pictura, uideri rẽ abesse: quoniã earum rerum pretium nõ in substantia, sed in arte positum est.

LABEONIS atque Sabini uerbis hic admonemur, verbum, *scissum, corruptum*, atque *rasum*, *abesse* uerbo contineri: quorum si quid euenerit, abesse res intelligitur: Excepto, *a* quòd si quis rem suam sciens deterioratam acceperit, quod etiam suprà diximus, postea experiendo nihil efficit. Sibi enim imputabit, *b* quòd cum rem depretiatam acceperit, nihil nunciauerit: cui ut uoluit, satisfactum uidetur, ut ille *c* ait. Hocq; in uniuersum procedere, si id quod abest, iure actionis peti poterit, alioqui contra: & ita alii *d* retulerunt.

Corruptum, Quod quibus modis contingit, satis a nobis alibi declaratur. Nam, *e* & usum rei deprauatum, *f* *corrupti* uocabulo contineri propius est. Quamobrem, seriam, amphoram, dolium purum commodatum, mucidum qui reddiderit, ipsius rei petitione conueniri poterit. hoc ipso *g* enim quòd infusum corrumpit, salubritatem bonitatemq; perdiderit, abesse meritò censetur. Syncerum est nisi uas, quodcunque infundis accesit, ut canit Lyricus. Idẽ si *h* aqua ĩfusa depositarius uinũ domino restituat, quod Plautus uocat infuscatũ (hæc utiq; lectio germana est) nam adhuc actione depositi, ut rem restituat conueniendus erit. Nec mouet, quòd aqua potissimum marina iniecta, ut Græcis placet, uinum fiat pretiosius. *i* Nam si id domino inuito fiat, *k* palam est, prout supra *l* respondi, fieri deterius, quia

a Bar. l. Qui sibi. ff. de solutio. §. qui Stichũ.
b l. 1. §. ult. ff. quod falso tut. l. 3. ff. de fideiuss.
c l. si rẽ. § omnis. de pig. act.
d Bar. d. l. exhibitionis. C. ad exhibendum.
e l. 2. §. Deinde. ff. Ne quid ĩ loco pub. l. 1. de uia pub.
f d. l. . §. idẽ Neratius. uers. idem ait, si odore.
g l. in rebus. §. ult. ff. cõmodati c. inter hæc. de pæn. di. 3. Glo. uase.
h l. si seruus. §. inquit lex. ad l. Aquil. l. 1. de extraord. crim.
i Collum. lib. 12. c. 25. de re rust.
k l. ult. de usu, & habit.
l l. prox. sup. §. Res abesse. verb. mutata.

id dominus non uult: præterquã, qđ nõ eque id apud oẽs gentes probatur. Isaias: Caupones tui miscent aquã uino tanq̃ zizania tritico malũ bono immiscendo. Lora utique, quam secundam lotionem *a* uini familiæ ædium dominus pararat, religioni priscorũ Romanorum minime conueniebat: qui non nisi Calpar, quod uinum purum appellant, non dilutũ, Ioui libari consueuerũt. Vinum victus initium: Merum verò animi integritatem, mentemq; simplicem doli omnis expertem denotabat. Quæ sacrificia, Calendis Martijs 12. celebrata, Vinalia nominabãtur, ut Festus ait. Antistiusq; Labeo Iuris author nobilissimus, Commentariorum lib. 10. conscripto ad ius Pontificium idem perhibet. Quod si quis forte dixerit, *b* Imperiali quodam oraculo, non solum permitti: uerũ etiã verbis conceptis ordinari, frumentum uetustate cariosum atque corruptum, nouo immixto temperandum nihil impedit: quia causam hæc res in se habet præcipuam, atque singularẽ, quòd ne ciuitas caritate annonæ, *c* uel frumenti laboraret, specialiter hoc *d* esse inductum respondi: quod quidem in re penitus aliena cõmittere *e* ubi ratio legis cessat, hominis plane esse curiosi nemo ambigit.

a Varro de re rustica. lib. 1. c. 54.

b l. 1. C de condit. pub. horre.

c Bar. l. 1. C. ut nemini lic. in emp. specie. l. Annonã. ff. de extraor. cri.

d l. mulier. ff. de accusatio.

e §. cũ in aliena. de rerũ diuis. Gl. pruden ter. c. in manda tis. 43. dist.

Rasum, Quo verbo eum contineri dicimus, *f* qui pecus lanigerum detonsum domino domum remittit. Nec non qui tabulas instrumenti deleuerit, propalauerit, induxeritvè: cùm intersit nostra, *g* hominum captionibus causam remvè familiarem nõ diuulgari. Corrupisse uersus suos lectorem malè peritũ, nescio quis Poeta cõquestus est: qua ĩdignatione percitus se lateres eius, (erat utiq; lector opifex laterarius) cõfringere dicebat. Et Flaccus Poe.

f l. sequitur. § Lana. de usucap. l. Quicunq; de fals. ff. glo.

g l. 1. C. Quæ. et quib. 4. par. ver. quid enim tam durum.

In-

Indoctum doctumq; fugat recitator acerbus. Scriptū est, Polemonem eousq; morosum, atq; insuauē oratorem abhorruisse, ut potius quàm orationē eius nauseabūdus perferret, liti iuriq; suo cedere malebat. In sacris aūt mysteriis referendis, quib. *a* mens dicentis potissimū uersatur, benignius *b* proceditur: q, ut est illud Senecę dictū grauitatis plenū; ægrotus nō tā quærit medicū eloquētē, quàm curare scientem, nec tā dicentē, quā orantē Dominus noster intuetur. Et D. Aug. Malo vt me reprehendant Grāmatici, quàm nō intelligāt populi. Quamquā quouis *c* tertio uerbo Priscianū cędere, cùm uel pueris, atque nouitiis id cōmissi pędotriba uix in pergula docens solet indulgere, in uetera no, & iam emerito, uel (ut eorū uerbo utar) viro columnario causasq; *d* in foro agenti ferendū nō est. Multò minus ī his qui legē domini omni eruditione instruūt id *e* enim probrosum est. Si enim Romani neminē nisi qui latiū Latineq; loq sciuerit, ut Cicero *f* innuit, in ciuitatē admiserint; Si (inquā) Imperator Claudius Græciæ Principē ex albo iudicū deleuit, q ignarus esset Latinæ loquelę; nō ne multò magis indignū Præfectura Latia existimasset, qui non solum bonis literis instructus non est, sed nec cū literatis cōmercium, vel cōsuetudinē cōtrahere ex sua putat ēe dignitate? Cui ego decreta Pontificia propono, *g* quib. doctis multa sunt iure concessa, indoctis penitus *h* abnegata; secundum quod scriptū est, Labia Sacerdotis custodiūt sciētiam, & legem requiram ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Et *i* alibi, uos repellistis scientiā; & ego repellā uos, ne sacerdotio fungamini mihi. Quibus tamen, tāquam in alieno *k* regno uersatus diu-

a 1.q.1.c. Marchio.
b c. Sedulo. di. 38. c. Quāuis. 1. Regū. c. 1. c. nō mediocriter de conse. di. 5. c, c. 3. c. 1. dist. 38.
d l. 2. de orig. iur. § Seruius. c. 1. per tuas. de rescrip.
e c. si iuxta. dist. 38.
f pro Archia Poeta.
g c. Illiteratos. dist. 36. c. uilissimus. 1. q. 1. c. ult. de ætate, & qualit. ordi.
h c. De multa. de præbend. in fi. l. 1. C. de anno. ciuilib. dist. 49. c. ul. c. licet 8. q. 1. argu. c. ult. dist. 37. Card. Alexā.
i c. Sacerdotib. 11. q. 1. c. 2. dist. 36. Malachiæ. 11.
l. 1. de iust. & iu. ue. si. secundum quam sacerdotes appell.
k c. Oēs. di. 38
l C. de com. & mercatorib. c. ex merito. 6. q. 1. 6. q. 3. c. 1.

a c. Ad mores. de temp. ordi. ubi gl. ul. Exo. 18. Esa. 3. 18.

b § ult. inst. proœm.


c Daniel. 21. a Matt. 5. c. Salyc. authent. habita. C. ne filius pro patre.

diutius nõ insistã. Hoc hercle uolo, & cupio, optimis, bonis, atque sapientibus, omnia *a* dona optima conferri, ut qui uirtute, uitæ, doctrinæq; meritis, cæteris longe præstant, hi utique colentur, amentur: cæteri autem ad studia honestissima, honestis *b* modis excitẽtur: secundum quod suffragatur illud Propheticũ: *c* Qui docti fuerint, quasi splendor firmamenti. Et qui ad Iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, ut ait Honorius. c. ult. de magistr.

d l. suos. de leg. 3. l. bonorũ infr.

e l. Doli. de nouatio. Gl. 3. c. constitutus. de purgat. canon. l. si id quod. ff. Quod falso tutore.

Item, si dominus rem quæ sibi furto aberat ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etsi postea id ita esse scierit; quia res ei abesse uidetur, cui prætium abest.



V O D verò de Domino dicit, id etiam ad bonæ fidei *d* possessorẽ producitur: quia in bonis eius res esse dicitur.

f c. 1. de renũci. tit. 6. gl. & Dominic.

g in Sticho.

h in Aulul. et Truculento. Captiui.

i lib. 1. Sagr. 3. li. 2. Sat. 3.

Ignorans, Ignorat, *e* quamuis inuestigando curiosiùs poterit edoceri. Curiositas enim damnatur; inde quod scit quis, interdum dissimulare debet, ne uideatur curiosus: etsi uulgò curiosus is dicitur, *f* qui præter causæ necessitatem scire desiderat, quem Græci περίεργον appellant. Plautus, *g*

Sed curiosi sunt hic complures mali
Alienas res qui curant studio maximo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua. &c.

Item, eodem.

Nam curiosus nemo est, quin sit maleuolus. h

& passim, apud eundem: atque etiam Horatius. *i* scio

lum

lum, atque curiosum, serpentem uocat Epidaurium; de quo etiam interpretes, *a* iuris, quos hic excutere alienum est.

At quid si rem meã mãdato eius, qui bona fide possidet, insciussalteri uendiderim? Consentire eum dicendum non est: quòd uetus regula iuris est, *b* non cõsentire qui errat. Propterea, nec dominium *c* trãslatum uidetur. Dominus aũt, insciens rem suam quã uẽdiderit, nõ poterit uindicare, sed mãdati *d* actione experietur. Si is qui nescierit rem meam esse, eam mihi uendiderit, *e* usque ad pretii æstimationem conuẽniri poterit: eo *f* quòd rei meæ nulla emptio est. Res quoque abesse dicitur, quam donaturus mihi inscio rem esse meam, *g* alteri meo iussu donaueris. Quòd si ex causa hæreditaria ad me res mea peruenerit, quia hæreditatem comparauerim; propius est, *h* quòd in causa vniuersitatis bonorum, quæ res mihi sola debeatur ignorauerim, *i* uideri abesse. Alioquin, scire causam bonorum, quæ ad nos debentur, sufficit interdum *i* crassiori Minerua, acut Vlpianus ait, παχυμερέστερον. Legis Aquiliæ actione dominus, ex delicto mancipii, vt conueniatur, non sufficit scire, nisi etiam prohibendi facultatem habeat, ne noxam faciat: alioqin *k* si non prohibeat cum potuit, legis actioni quoque ipse obnoxius erit. In reuocatione eorum quæ in fraudem creditorum sunt alienata, exigitur, ut scientiam habeat emptor; *l* quæ fraudis participationi fit coniuncta: secus si ex causa gratuita res sit translata, quia tum fraudari creditorẽ sufficit, ut ibi subiungit legislator.

Quod attinet ad scientiam iuris, quæ neminem excusat, ut ignorantiam prætendat, *m* scit qui scire debet,

a Alciat. Rub. C. de Curios. & ibi glo.

b l. si per errorem. de iurisd. omn. iud.

c l. etsi consensu. de cõtrah. ẽd. emp.

d l. seruũ Titii. ff. mandati.

e l. seruũ meũ. de condict. in. debiti.

f l. suæ rei. ff. de cõtrah. emp.

g l. etsi consensu. de contrah. empt.

h Arg. l. si quis fundũ. de acq. poss.

i l. Quam Tuberonis. ff. de peculio.

k l. scientiam. ff. ad l. Aquil. l. in delictis. ff. de nox. act.

l l. Ait Prætor. §. Qđ ait ff. Quæ ĩ fraud. cred. l. qui aũt. §. hoc autẽ. eo. §. Similiq; modo. ea. Qui autem.

m Regula. ff. de iur. & facti ig.

bet, *a* sicut in plerisq; aliis casibus iuris, qui facti causam attingunt; i. si alios interrogando instrui possit.

Pontifex, ab eo qui ad sacros ordines promouẽdus est, scientiam desiderat; *b* non ut transitoriè, sed ferutabiliter legem noscat. Quanquam hæc omnia *c* mõdicè capienda sunt. Sufficitque argumento eorũ, quæ Vlpianus refert, *d* mediocris scientia; secundũ quòd alii eius ordinis scire solent. Quod quoque æquitatẽ habet: & Innocentius *e* scripsit. quia scientia ipsa (de qua Apostolus) *f* nimis eminens animam inflat: charitas autem ædificat.

Emerit, De facto. Si quidem contractus omnes, qui ex consensu *g* proficiscuntur, plurimum facti *h* habent. Alciatus itaq; infert, si testator legauerit omnia, excepto eo quod à Sempronio emit, ea quæ *i* empta sunt non iure, uideri excepta. Quod ipse probo, tùm maximè, si *k* quod iure emptũ sit non reperiatur, quoniam expedit, uoluntatem testatoris effectum habere. Alioquin, magis hæc facti & uoluntatis quæstio est.

Sed finge testatorem hæredẽ grauasse, ut Titio militiam emeret, an sufficit facto emisse, ut pretium à Titio exigat, uidendum erit. Puto testantium *l* uoluntates plenius interpretandas: ideo emptionis *m* pretium ab ipso hærede quoque refundi oportere. Sin autem locare iudex reum præceperit, non tamen pręcise astringitur locationi stare, si conductori damnũ referre paratus sit, sicut Bar. Bald. Angelus, atq; Castrensis *n* affirmant. Vnde cum emptio & locatio eisdem iuris regulis *o* consistant, in contractu emptionis idẽ ius militare uidetur. Quamquam ego hac in re *p* plane subsisto, quia rei uenditæ dominium non aliter in

em-

a l. Quod te. ff. si cert. pet. l. qui cũ alio. de regul. iuris.
b c. Oes. di. 38
c c. cũ nobis. de electio.
d l. sciendũ. §. illud. l. si quis uenditor. ff. de edil. edict.
e c. Nisi pridem. §. pro defectu. de renunc.
f c. 1. Corin. 8.
g l. ex hoc iure de iust. & iu.
h l. Consilio. ff. de curat. furios.
i l. illud etiam glo. conductor. 13. q. 2.
k l. si quando. ff. de legat. 1.
l l. in testis. ff. de reg. iur.
m l. His uerbis §. Allumno. de leg. 3.
n §. fideiussor § ult. de leg. 1.
o l. 2. ff. locati.
p l. ex empto. ff. de act. emp.

ptorem transfunditur, quàm si ea res sua sit, qui *a* vendiderit.

Postea scierit, Adeo ut si in alterum trãstulerit priusq̃ rem suam esse sciuerit, *b* idem dicemus. Expedit tamen, quàm primum nouerit, *c* animum testatò declaret, ne alioquin tacito consensu uideatur sibi satisfactum.

Verbum *Postea*, plenius accipitur, interdum modicum *c* interuallum temporis significat: interdũ uberius. Aliquando otiosè ponitur, puta *d* cum testator scripserit Stichus liber esto: & *Posteaquam liber erit*, Hæres esto. Nam ut Labeo, Neratius, atque Aristo putãt, detracto uerbo medio, *Postea*, libertas & hæreditas ei simul competunt, atque ita in dubio generaliter accipitur. Quapropter si testis retulit, Titium institutum: *postea* Sempronium, nullo interueniente (ut aliis *d* uidetur) Sempronius hæres censetur institutus.

Precium, Quia precium *e* rei loco succedit: idque in causis uniuersalibus indistinctè procedit, ut *f* omnes aiunt. Pretii nomine omne quodcunq; continetur: puta, *g* si quid eo intuitu donaui, quod aliàs dare nolui, quia pretii censetur. Quanquam nisi numeratio intercedat, secus Proculiani existimant. Quorum opinionem Accursius, *h* atque etiam Iason sequitur.

Quod diximus pretium loco rei succedere: intelligendum tamen, si pretium certum ex re hæreditaria reficiatur, nõ hæreditarias sed uiriles partes efficere, *i* ut proditum est. Proinde, qui non æqualiter in testamento hæredes scripti fuerint, cautius fecerint si hũc casum memoriæ commendabunt.

. Si eius rei pretium tibi numerauerim, quæ deperdi

S ta,

a l. Rẽ alienã. de cõtrah. emp.

b Ias. Dec. l. 2. §. creditum. de reb. credit.

c l. si filiusfa. 1. ff. ad S. C. Macedo. c. ult. de coniug. ser.

d l. Ab hostib. §. Sed quod simpliciter. ff. Ex quib. causis maior.

e l. Quoties. de hæredib. inst. §. si quis ita.

f Bar. l. Fructus. nu. 10. ff. soluto matr. Geminia. c. 1. §. 3. de rest. spol.

g l. Imperator. ff. de leg. 2.

h dd. l. Mater. C. de rei uind. Alciat. hic.

i l. fundi. de cõtrah. empt. l. si quis mandato. ff. de nego. gest.

k l. 2. de iure emphit. C.

l l. Codicillis. §. Qui insulã. de legat. 1. Vide Com. cõclus. fol. 62. nu. 24.

alioquin, nec magnopere ad præsentem casum hæc fictio pertinet. *Amittere* pro dimittere. Terentius in Phormione: Ego in eum infelix incidi locum, ut neque eius sit mihi amittēdi, nec retinēdi copia. Et alibi sępius. Nunc amitte quæso hunc. Verbumq; *amittendi* latè patere, authoritatibus iuris multis *a* probatur, ut passim in titulo de acquirenda, uel amittenda hæreditate, uel possessione. Quamuis amittere, uel omittere, *b* utrum legamus, nihil impedio.

VPIANVS LIBRO DECIMO AD EDICTVM, L E X XV.

Bona ciuitatis abusiuè publica dicta sunt: sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.



EST autem ciuitas legitima populi collectio, eisdem legibus seu institutis subiecta, atque formata, ut ex philosophis deprehēditur. Etsi, ut Bal. ait, *c* ad ciuitatis nomē Episcopalis sedes requirit. Ciuitatis autem bona, quibus curator *d* præest, quæ in formam patrimonii sunt redacta, a publici appellatione causam habent alienam. fereque quòd utilitatem *e* afferunt, sicuti prædia, pascua publica, *f* mancipia necnon uectigalia, Ciuitatis bona appellantur. Quæ uerò ciuitatis ornatum, uel decore attingunt, *g* ueluti, quę sunt in ludos, *h* spectacula, epulationes, diuisiones, atque uisceratione *i* desti-

a l. Prætor. 4. §. amissa. ff. de ui bo. rapt. b ff. si quis omissa caus. testa. Cicero de somno Scipionis. Fab. Quint. li. 5. c. 11. Instit. Marcell. Epist. 5. ad D. Augustinum. c l. ex hoc iure ff. de iust. & iure. Decius. l. Ciuitas. ff. si certū pet. d l. 2. §. Grani ff de admi. rerum ad ciuit. pertinent. l. prohibere. §. planè ff. Quod ui aut clam. e l. Bonorum: 49. infr. f l. Sed si hac §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. l. in tantū. de rerū diuis. g l. Ciuitati. ff. de leg. 1. l. legatū. ff. de admi. rerum ad ciuit. perti. h l. C. de spectaculis. C. de expēs. ludorum. i l. uiuepe. de annuis. legat.

nata: quòd cuique ex populo se solent exhibere, ideo quasi populica publici nomine fruũtur. sicuti alia pleraque in publicos usus constituta: Veluti Pons Sublicius, *a* forum, Basilicam, campus Martius, Theatrũ, Balnea, portus, atque his similia.

Quæ verò de bonis ciuitatis diximus, sunt quoq; de ipsius ecclesiæ *b* bonis exaudienda: quòd iisdem priuilegiis in plerisq; iuris casibus nituntur. Quapropter, quæ sunt (ut uocant) de ipsius Ecclesiæ mensa, cum in eius dominio sunt constituta, eius dos, atque etiã *c* patrimonium appellantur: nec nisi causa *d* cognita in alium transferũtur. Cætera quidem, quæ sacris inseruiunt, atque sacris usibus consecrantur; puta, urceoli, mensa, thuribula, patellæ, uestimenta, publici instar sunt, nomenq; publicum merentur. Vnde in alimẽta pauperum, edificationem templi Domini, necnõ in redemptionem captiuorũ sacris constitutionibus alienare permissum est. Absurdum *e* namq; existimauit Diuus Imperator Iustinianus, quibuscunq; uasis animas hominum, uasa Christi non præponere: ꝙ habet Ecclesia aurum, gemmas, ornamenta, ut ait sanctissimus Episcopus *f* Ambrosius, non ut seruet, sed ut necessitatibus indigentium erogetur. Est utique gloria *g* maxima eius qui religioni pest, pauperũ causis, & languentiũ miseriis prouidere. (vt ait *h* Doctor sanctiss. Hieronymus) & rectè. Nam si, ut inquit, *i* simus loco Apostolorum, non solum sermonem eorum imitemur, sed etiam conuersationẽ, non solum orationem audire suadentis, fructuosum sit, sed etiam facta mirari agentis, gloriosum,

Accursius hic verbum, Ciuitatis, intelligit, de ea quæ

a l. sed Celsus. ff. de contrah. emp.

b l. ut inter. C. de sacros. eccl.

c c. ut super. de reb. eccl. alie.

d c. Nemo eccle siã. de consecr. dist. r. t. ʒ. de uita & honest. cleric. glo.

e c. Nulli. de rebus eccl. s. glo. alienare. ubi dd. l. Iubemus nulli. §. sciẽtes. C. de sacros. eccles. ubi Bart. Alber.

f l. Sancimus. C. de sacros. eccles. c. ipsa pietas. 23. q. 4.

g c. Aurũ. 12. q. 2.

h c. Gloria. & hoc. 16. q. 7. Parabol. 14. 19. Eccl. 3.

i 16 q. 1. c. ul. c. 1. 2. dist. 82.

k c. Ecclesia. 55 dist.

ab vrbe Roma sit aliena, quæ (cum loco *a* priuatorum cæteræ ciuitates habeantur) publici nomẽ difficulter obtinet. Id enim nominis Romæ maximè tribuitur: quòd *b* sit caput mundi, communisque *c* patria, postquàm Antoninus Imperator, omnes qui sub Imperio essent Romano, ciuitatẽ donauit. Etsi orbem *d* non Vrbem legi recentiores doctissimi voluerunt. Ipse tamen pro vrbe, Orbem apud Eutropium animaduerto. Orbem, inquit, Romanum circuit: multa ædificauit. Cæsarque Claudius Britannos in vrbe vidit togatos, Quorũ Præsidẽ Virium Lupũ quodam suo respõso Vlpianus *e* commemorat. Atque idẽ Eutropius author est, L. Septimium Seuerũ Imperatorem, defunctũ Eboraci apud nostros Britannos, quæ quidam ciuitas hodie populo præpotens, atq; mercatura celebris, sede Archiepiscopali dignissimè illustratur. Vnde, ad Ceciliam Pr. 3. Nonas Maii emissa fuit sacra *f* eius Constitutio, Faustino & Rufo consulibus, quæ inter Imperiales irradiat sanctiones.

a infra. l. seq.

b §. ult. Inst. de satisd.

c l. Roma. ff. ad munic. Dec. c. meminimus. n. 16. de appellatio. Fel. c. fi. nu. 25. de foro competenti.

d l. In orbe. ff. de statu homi.

e l. 2. de vulg. & pupil. subst.

f l. 1. C. de rei vindicatio.

CAIVS LIB. TERTIO, AD EDICTVM, LEX XVI.

CVm qui uectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus: nam publici appellatio in compluribus causis ad populum Rom. respicit: Ciuitates enim loco priuatorum habentur.



Vi publico: id est, *a* uectigali fruuntur, nomine generali Publicani appellãtur: siuè opus aliquod faciendum Reipublicæ conduxerint: siuè ad alendum, uel uestiendum, uel cuiusuis negotiationis munus obituri. Cuius apud T. Liuiũ *b* singulare genus extat documenti. Siuè deniq; salinas, cretifodinas, uel metalla conduxerint, uocantur *c* nomine Publicani. Qui autem Principes Publicani sunt, nomine *d* speciali Mancipes appellantur, quibus *e* id lucri omne quod ex commissi causa obuenerit, debetur: excepto, quòd hi qui *f* certa immunitatis indulgentia & Principis priuilegiõ gaudent, præstatiònibus uectigalium non sunt obnoxii. Nec aliàs in necẽ Publicani, ministri uel familiæ collusio *g* ab onere soluendi portorii reum excusat. Quam quidem præstandi necessitatem, si quis fraude arteve effugiat, nihil in Deum Opt. Max. hominemvè deliquisse Bartholus *h* tradidit.

Qui autem insolitum uectigal viatori indixerit, licet non protinus id exegerit, Ambitus *i* lege tenetur: postquam uerò exegerit, legis Iuliæ pœna astringitur. Ciuitatem eam tamen, quæ supremam habet potestatem, onera Reip. necessaria rebus in ciuitatem illatis ubique, uel peregrinantibus imponere posse, rationi uidetur consentaneum. Quod autem saluti omnium generaliter destinatur, id probrosum *k* esse, nemo dixerit, & Abbas retulit. Si quidem, necessitate temporum, necnon locorum, etiam clericis, atq; priuilegiatis grauamina imponũtur, ut Martinus Laudensis *l* author est. Eo enim casu, ut Ripa *m* scripsit, cogi possunt Principi suo subditi, pecuniam concredere

a l. Miles. ff. ex quib. caus. maior. l. Quanta. 1. ff. de publica.
b lib. 23. ad finem.
c l. sed & hi. ff. de publica.
d l. Qui si leius for. ff. locati.
e l. Omnib. C. de uectigalib. ubi glo.
f l. si publicanus. de public. l. licitatio. ad finẽ. eo. l. uniuersi. C. de vectig.
g arg. l. Imperatores. ff. de pact.
h Bar. l. Vectigalia. de vectigal.
i l. vl. ad l. Iul. de ui pub. l. 1. ff. ad l. Iul. de ambit. glo.
k c. innouamus. de cens. l. Omnes. C. de uuo. & tribut.
l Laudi. Conrad. lib. 1. c. 1. §. 4. de pffit. Imper. titu. de collect.
m Ripa l. 1. n. 118. ff. solut. matrim.

dere, ueluti ad arcendam uim hostilem, quæ populo imminet.

Sunt utique Ciuitati vectigalia adeò necessaria, *a* ut sine his facile societas omnis Ciuitatis dissoluitur; secundum et quod scriptum est de Nerone Imperatore, qui cum decreuisset uectigalia, è medio tollere; sententiam postea temerariam, prudenter commutauit, quòd percepisset facile iis sublatis, Rempublicã statim pessundari. Neq; Pōtificis Sexti *b* Calisti aliud infert constitutio, cui confidentius alii qui diuersum sentiunt, innituntur, quàm ut religiosorum uota, studiaque, & propensæ in Deum uoluntates, vectigalium oneribus insolitis & non consuetis, nullo modo impediantur.

Ferunt Historici, tantum auri post uictoriam habitum apud Macedones, Aemilium Paulũ Aerario Pop. Romani intulisse, ut per multos annos a solutione uectigalium, populus esset immunis.

Vectigal, Nomen uectigalis obtinet, tàm quod ex prædiis, uel re, uel mercibus penditur, quàm quod ex causa ædificii in publico solo erecti debeatur, licet speciali *c* nomine, solarium id dicatur: quàm *d* quod militibus impenditur, & tributũ uocamus. Sunt, inquit *e* Paulus, agri Ciuitatum alii uectigales, alii non uectigales. Vocantur autem uectigales, qui ea lege in perpetuum locantur, ut tàm diu pro his uectigal pendatur, quàmdiu neque ipsis, qui conduxerint, neq; hi qui in locum eorum successerint, auferri eos liceat, &c.

Plane rerum inuectarum pensio à quo uectigal *f* nuncupatur, pro rerum qualitate, alia atque alia constituitur. Inuectarum & euectarum octaua *g* portio redem-

a l. Omnium C. de uectigal.

b c. si quis Romipetas. 2 ; q. 3.

c l. 2. § si quis nemine nequis in loco pub. l. eum seruum. § Hæres cogitur. de leg. 1. l. ult. de censib.

d l. Ager infr.

e l. 1. si ager uectigal. Alc. lib. 3. c. 10. dispunct.

f Gl. rubr. C. de vectigalib.

g l. Ex præstatione. C. de uectig.

redẽptori seu publicano debebatur. Prædiorum autẽ pars *a* uigesima: Ex larido quasi longè arido; sic nomen deducunt, etiam uicesima: sicuti quoque de uino. Frumenti quinquagesima; Metallorũ, *b* decima.

Conductum habet, Habet; *c* inquam; conductum manceps, qui ex sua persona Reip. obligatur. Nã qui ab eo causam habet, licet iure eius utatur, uerè *d* manceps non est, sed socii uel familiæ instar *e* habetur. Cuius factum, ut supra diximus, nihil *f* uel promouet, uel impedit, quominus Publicanus ius suum portorii exigat. exemplo *g* usufructuarii, in cuius persona ius ipsum utẽdi fruendi constituitur. Quod itaq; ministri seu collectarii eius a debitore publico exigere non possunt, quia soluendo esse desiit, sibi *h* non reipublicæ erit dispendio.

Sicẽdum est, verbũ *factum habet*, *i* *Conductum habet*, referri interdum ad quemcunq; qui rei de qua agatur incumbit, quòd quibus casibus personam id afficit quod gestum est, cum sit personale, *k* ad successorem non porrigitur. Alioquin, si non tàm in personam sermo concipiatur, quàm in rem, generalius *l* accipitur.

Ex his uerbis intelligitur, si prædia Dominus ita uẽdiderit, ut emptori eorum pensiones cedant, de his uideri actum, non quæ conductori, sed sibi *m* debentur, eò quòd uerba directò in dubio *n* capiuntur, idq; in re præsenti uerisimilius est. *o*

Priuatorum loco, Nã impropriè aliæ ciuitates Reipublicæ nomen obtinẽt, quæ quidem, tanquam ex arboris trunco ramusculi, *p* membra sunt Reipublicæ Romanæ. idq; innuit Iurisconsultus, qui Senatuscõsulti verba

a l. Modios. C. de susceptorib. lib. 10.
b l. Cuncti. C. de metallis.
c l. si quis sine C. de uectigal.
d l. 1. C. Quib. muner. excus.
e l. 1. ff. de pub. fruend.
f l. licitatio §. ca rum. de publu.
g l. Necessario. §. fi. de peric. & cõmod. rei uind.
h l. Ciuitati. ff. de neg. gest.
i l. 1. §. ult. de fluminib. l. aut. §. ult. Quod ui aut clam.
k l. si in lege. §. si colonus. locati.
l l. 1. §. fin. ff. de ijs qui de iec.
m l. si mercedem. §. 1. de act. empt.
n l. Qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pup. subst.
o l. Qui taber nas. de cõtrah. emp. Bar. l. cũ reipub. C. qui po tior in pignor.
p c. Clerici. de verb. signifi. §. ult. Inst. de satisdationibus.

verba concepta in fisci causa, ad ciuitatem extendit; *a* quam priuatorum, ait causam obtinere.

Habentur, Id est,uidentur: non per modũ fictionis, *b sed etiam propriè*, ue luti apud Iustinianum : *c* Et non ineleganter in duas species ius ciuile distributum *uidetur*. Item paulò post fluxisse *uidetur*.

a l.itē uenião. §.vis S.C.glo. fi. le petit.hær. vrde Iaf.l. Re scriptū. § prir. col.fi. de pact. De .l .in ambi gui .nu. 2. de reg. iur.
b l.si quis pro Emptore.de vsucap.Bar. nu. 5.35.
c § Et non ine legaiter. de iure nat.gen. & ciuil.

PAVLVS LIB. NONO LEX XVIII.

MVnus tribus modis dicitur: uno donum,& inde munera dici, dari mittivè altero onus, quod cum remittitur, vacationem militiæ munerisque præstat: inde immunitatem appellari: tertiò officium, vndè munera militaria, & quosdam milites munifices uocari: Igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.



TRIBVS ergo modis, muneris appellatio desumitur. Quandoq; pro Dono: *d* siue ex cā, siue spontè quid collatũ *e* fuerit. Propriè tamē, donũ appellamus qđ ex liberalitate cuiusque proficiscitur nullo iure cogente: alioquin speciali nomine munus dicitur. Donum uerò si cui,quando,& quantum,& pro personæ conditione *f* conferatur, dignitatem continet. Atque hoc est,quod laudem in se habere plerun-

d l. inter donum infra.
e l. 1. de dona tio.
f c Quiescimus ubi glo.di. 42. c.vlteranea.12 q.1.glo.ult. c. Donar c.86.di. c.fratrē.ea.

que Iuriſconſultus *a* ait, Nā qui ſua profundit, *b* aut cius *c* quod donat ius dandi non habet: uel, ſi parcè, (ut ait Accurſius, *d* de Comite Mathilda exemplum proponens) qui diuitiis affluit: aut ualidis *e* mendicantibus quis ſe munificum affectat exhibere, quia ei dat, cui dare non expedit, *f* cum ſimilibus: uix eſt, ut talis donatio laudis aliquam in ſe ſimilitudinem contineat. Quapropter, uulgus, qui utilitate omnia, non ex dignitate perſonarum, atque rerum cauſis metitur, ait eos præcipuè diligi, atq; amari *g* quib. impenſiùs donatur. At ſecùs Plutarcho uiſum eſt, *h* quòd (ut ille ait) dant etiam alieni & qui non amāt. Dant enim ii, non tā donandi animo generoſo, quàm ut in ſe beneficiarii liberalem *i* manum prouocarent: Vnde Salomon: Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis: quapropter iure reprehendendi, argumento eſt, quòd donatio quæ oneris, atq; grauaminis cauſam *k* afferat: maximè in eccleſiā collata prorſus damnatur. Vnde Eutrapulus (ut ait Flaccus Poeta) cuicunq; nocere uolebat, ueſtimenta dabat pretioſa, quòd huiuſcemodi donatio, etſi pulchra primo aſpectu uidebatur, tamen ærumnas non paucas accipienti afferebat. Martialis Poeta donator candidiſsimus, ne uſuram doni fœnuſq; præmii a donatario exigere uideretur, ut uerè donum munuſvè in accipientem conferat liberrimè, ita nobiſcum ingenuè canit.

Quiſquis magna dedit, uoluit ſibi magna remitti:
Fictilibus noſtris exoneratus eris.

In eccleſiaſticis Conſtitutionibus, *l* munus largè ſumitur, pro omni emolumento, fauore, uel etiam linguæ plauſu. Secundum quod Propheta ait, *m* Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Quo argumento

a l. Munus proprie. infra. ι. 1. de donatio. ff.

b l. 1. de curat. fur. c. Nemo uus. diſtin. 85.

c l. filius. ff. de donat.

d l. Sed et ſi ſuſcepit. uerb. modica. ff. de iudiciis.

e C. de mendicantibus valid. li. 11. Rub. gl.

f c. Qui uenatorib. diſt. 86.

g Glo. l. Cum filius. §. puer. ff. de leg. 2. c. ſepties. de pœnit. diſt 3.

h in Problem.

i l. ſi tibi donaſſem. ſi cer. pet. Parab. 16.

k Auth. multo C. de ſac. ſan. eccleſ.

l c. ſunt nōnulli. 1. q. 1. c. eos. in fine.

m Eſa. c. 23. & Michea. 3.

tus est, non nisi de morte naturali intelligi possit. Atq; ita intelligimus, si Pontifex beneficia clericorum *decedentium,* vel *cedentium* alicui duxerit conferenda, quia non continentur ea quæ sacri coniugii uoto *a* sunt facta irrita. sicut, nec ea *b* quæ posterioris dignitatis acceptione exinaniũtur: quo casu nec cedit, nec decedit. *c* illud enim factum hominis, hoc *d* morte denotat. Sed quid si substitutio facta sit per hæc uerba, *si filij decedant*: nec filii omnino nascantur, an substitutioni locus sit? Quod quidem benignè dicemus, *e* & ita Decius *f* ex facto consultus extensioni locum fore respondit.

Hæreditas, Dum autem quis adhuc in ciuitate sit, hæreditas eius dici non potest. Quia superstes *g* est. Postquàm in hostium manus peruenerit, multò minus, quòd iura omnia ciuitatis *h* protinus amiserit. Quæ, an de iis intelligenda sunt, qui Monobiarchæ se tradiderunt, quòd *i* mortuis assimilantur, quæri potest. Quod utique Bart. Bald. Imola, Angelus, atq; *k* etiam Alexander *l* probant.

a c. Quámuis, de præben. in 6. ubi gl. Abb. de coniug. cler. 6. ubi uide glo. c. 1. c. sanè. 2. eo.
b c. de multa. de præben.
c c. 2. de renũ. c. susceptũ. de rescr. in 6.
d d. l. Intercidit. de cond.
e l. 3. de adimend. leg.
f Dec. cõs. 227. Alc. cons. 492. nu. 11.
g l. 1. de hær. uendit.
h . Inst. de iure personar.
i Auth. ingressi. de sacros. eccl. l. Deo nobis. de episcop. & cler. 12. q. 1. c. Non dicatis.
k l. 1. de testamentis.
l consil. 13. uol. 3.

E PAV-

Planè si certum auri uel argenti pondus alicui legatum sit, si species designata non sit: nō materia, *a* sed pretium præsentis temporis pręstari debet.

Idem.

L E X V.

REi appellatio latior est, quàm pecuniæ: quia, & quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continet: cùm pecunię significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt.

CVR hæc tàm diuersè? Cum superiori lege plerisque authoritatibus iuris demonstrauimus, Pecuniæ *b* nomen rei que uerbū, ęquo passu ambulare. An hoc ideo, quòd stricta nominis *c* ratione, id solùm pecuniæ nomine significetur, quod in numerato consistit; Pleniori autem interpretatione, *d* ea quæ numero, pondere, uel mensura consistunt, contineri. Cætera uniuersa, non nisi latissima *e* interpretatione complecti? Iurisconsultus uerò, quod ad legis uerba attinet, nobis hic ostendit, pecuniæ appellatione significari ea quæ in patrimonio nostro sunt. Nec *f* aliter quàm si rem *g* dixerit, ad ea referri, quæ sunt extra patrimonium constituta. Cuius quidem accep-

ptio

a l. cum certum. ff. de auro lega. l. Plane. 1. §. Sed si pondus de lega. 1.

b l. Sæpe. infra. l. Nā quòd ad S.C. Trebellia.

c §. item pretium. de emp. & uend. l. pe. de act. §. ult. Si quadrup. Inst. glo.

d l. Talis. de lega. 1.

e l. 2. C. de const. pecunia.

f l. 1. de usuf. legat.

g Instit. de rebus corp. & incor.

mentos, & ii, qui munia *a* Reipub. non tam persona-rum meritis inducti, quàm suffragatorum cohorte impulsi, indignis conferunt, comprehenduntur.

Xenium enim potius poculenta munera significat, quod hospitibus antiqui solebant, potissimum Græci exhibere, a quibus uocabulum traducitur. Id enim (ut beatus Hieronymus ait) *b* nõ magnoperè cocorum arte, & impendiis indigebat, sed rebus minutis, pullis, ouis, atq; similibus consistebat, vt Vitruuius *c* author est. Proconsulq; hæc etiam accipere poterat, modò ad muneris *d* qualitatem non accederent.

Dari, mittivè, Veluti *e* nuptialia, natalitia, Saturnalia, atque strenua, quæ calendis Ianuariis fœlici augurio quotidie dantur: Quorum, ut quibusdam placet, in constitutionib. *f* Imperialib. fit cõmemoratio, q̃ Principali Maiestati quotannis missitantur. Sunt etiam Saturnalia a uiris *g* debita: & cętera quæ a matronis, ut Plautus ait, Calendis Martiis percantatrici, collectrici, ariolę, Aruspicæ conferuntur: quibus si nihil mittas, flagitium est. Dicimus etiam munus edere, *h* eum qui populo quid spectaculi, munusuè gladiatorium, aut uenatorium honoris causa exhibet: etsi Accursius huius rei ignarus, alibi *i* aliter interpretatur.

Onus, Id est, grauamen: *k* in dubio de personali non patrimoniali intelligimus: & de ordinario non extraordinario, si sit immunitas *l* concessa. Generaliterq; de eo, quod nec lege, nec Senatusconsulto, uel constitutione *m* iniungitur.

Sanè quod diximus donationem interdum onus esse, quia damnum, uel dispendiũ afferat donatario *n* intellige ẽt quoties in inuitũ *o* quid confertur. Inuito

a l.1.l. eadem ff.gl.ad l.Iul.repet.c. Moyses. 8.q.1.l. fin.C. ad l. Iul. repetũd. Abb.c.12.ne prælat. uices suas.
b c. neque talcs. de consecr. dist.5.
c li.6.c.10.de architectur.
d l.solẽt. de off. Proconsul.l.3.ff. de pec. legat.
e l.Tutor secundum.§.ult. de adm.tut.
f l.1.C. de noti oblat.
g l. sed si uir. §.si uir. de Donat. inter uir. & vxor.
h l.publius. de condit.& dem. C. de gladiatorib. C. de spectaculis.l.1.2.
i d.l.Publi.
k l.Munera.§. magistris .. de muner.
l Alex.l. si ex toto. de lega.1.
m l.1.de V.cario.public.muner.
n d.Aut.Multo magis.C. de sacros. eccl.
o Barth.l. Ne quis. C. de decurio.

to enim beneficium non conferri uetus regula iuris est.

Vacationem militiæ, Vel quia emeritis stipēdiis, & aliis modis, & propè missionem *a* cōplectitur: quæ quotuplex sit, huius loci non est, ut commemorem. Atque hæc hactenus.

a l.furti.ff.de his qui no.infa. §.Missio.

FINIS.



